potest concedi ut ille caritate diligantur ex caritate, sed improprie. Ideo non sunt mandande [?]
inter illas que ex caritate proprie diliguntur, sic vacat ad hanc precedentem
conclusionem. Solutio ad id ergo quod primo arguitur quod deus diligit creaturas irrationales. Dicendum
quod deum creaturas irrationales diligere est eas conservare in esse. Sed ad
diligere ex caritate hoc est summum bonum ei optare. Et ideo plus connotatur cum dicitur
aliquid esse ex caritate dilectum quam aliquid esse deo dilectum. Et ideo non sequitur quod si deus eas
diligit quod ex caritate amande sint. Et si tu obicias quod caritas conformat
voluntatem nostram voluntati divine. Dicendum quod hoc non est verum quoad [?] et perseverantiam omnium operum
et quorumcumque obiectorum, sed veritatem eorum que habent expressam similitudinem. Et quia
vult deus se dare ipsum, non caritas omnibus que ex caritate diligit
optat deum. Et hoc est quod dicit beatus Augustinus et habetur in prologo [?] sic nos invicem
diligamus ut quantum possumus ad habendum in nobis deum ex dilectione attrahamus. Solutio ad id quod obicitur quod creature irrationales diliguntur ex caritate propter assimilationem
ad deum. Dicendum quod non quecumque assimilatio ad deum facit aliquid ex caritate diligi,
sed illa que facit deo capacem. Et hoc est similitudo ymaginis. Anima enim non est
ymago dei quia eius capax et particeps esse potest. Caritas enim optat ei
summum bonum habere ab eo quem diligit, ad id enim inclinat tamquam ad
suum proprium obiectum. Et quia similitudo vestigii non facit creaturam ipsius dei
capacem per cognitionem et amorem, hinc est quod non sequitur quod si in creaturis irrationalibus
reperiatur aliquod vestigium similitudinis quod propter hoc ad ipsas extendatur caritatis
dilectio. Solutio ad id quod obicitur quod fides ita credit deum creatorem irrationalium sicut
rationalium etc. Dicendum quod non est simile de fide et caritate. Quia fides non tamen
circa ipsum deum inquantum est finis, sed et inquantum est principium. Et quia deus est
principium immediatum tam rationalium quam irrationalium, ideo utroque modo verum [?] in
deum credit et ipsum contemplatur. Caritas autem respicit deum sub ratione
finis et sub ratione boni. Et quia creature rationales et irrationales non eodem modo
habent tendere in ipsum sicut in finem, quia rationales immediate, irrationales
mediate. Hinc est quod non sequitur quod dilectio caritatis ad has et ad illas se habeat
uniformiter. Solutio ad id quod obicitur quod virtus et vicium habent esse circa idem. Dicendum
quod sicut Augustinus dupliciter probat [?], primo quia contrarii virtutes et vicia habeant esse
circa idem subiectum, non tamen oportet quod generaliter habeant esse circa idem obiectum. Preterea
cum exigitur ad virtutem quam ad vicium [illegible] non sic circa aliud potest consistere
vicium, non propter hoc sequitur quod et virtus. Aliquis [?] de fine [?] est. Dicendum quod cum caritas
sit motus et amor spiritualis, non oportet quod circa idem consistat caritas circa quod
consistat quodlibet spirituale vicium. Unde quamvis cupiditas consistat circa
bona temporalia, non oportet quod circa illa sit virtus caritatis, sed sufficit quod sit virtus
largitatis. Et ideo non oportet huiusmodi temporalia ex caritate amari, sed ex largitate retinere [?]
tenere et dispensare quia minus corporis valorem nominant eadem appreciari.
Solutio ad id quod obicitur de eo qui diligit temporalia ut propter ea deo fruatur [illegible]
[illegible] quia motus iste [illegible] non fit a caritate elicitus, sed quia est

Lev.

a caritate imperante sicut vie ad sumendum iacobum ut facere aliquod opus
in dei obsequium. Preterea cum quis diligat temporalia ad serviendum deo affectio
sua usatur cum tamen multum serviret sicut prius tactum est. Et ideo ex hoc non
potest concludi quod talia diligantur ex caritate nisi valde extenso nomine
karitatis proprie nichil ex caritate diligitur esse quod caritas non ponit affirmative

Secundo queritur utrum ex caritate diligendi sunt demones. | [illegible]
Et quod sic. Levitici xix. Diliges proximum tuum sicut teipsum
glossa proximus non propinquitate sanguinis intelligitur est sed societate rationis. Sed demones
sunt rationales ergo demones sunt proximi nostri. Si ergo proximi sunt ex caritate
diligendi videtur quod et demones. Item verbo diligendi proximum est quia est ad divinam gratiam
sed hanc est in demonibus reperire ergo cum in eis reperiatur verbo diligendi proximus
quod eos deamans ex caritate diligere. Item angeli antequam peccarent
ex caritate diligendi erant propter se et propter quod habebant in se sic de dyabolo quod de-
mones habent bona data integra et splendidissima ergo si tunc ex caritate di-
ligendi erant propter ea que tunc habebant pari ratione videtur quod nunc deamans eos
ex caritate diligere. Item ex caritate deamans diligere in quantum faciunt
ad cumulum meriti nostri sed demones nos temptantes et vexantes faciunt
ad meriti nostri cumulum ergo videtur quod ex caritate diligendi sunt. Item ex caritate
diligendum est omne quod facit ad dei honorem et decorem divine iustitie
sed demones de celo eiecti et penis subiecti faciunt ad manifestationem
divine iustitie ergo videtur quod caritate sunt diligendi. Preterea sicut prius quod caritas
diligit beatitudinem et appetit beatificari in deo diligit omne quod
est ad beatitudinem ordinatum ergo pari ratione cum caritas diligat
dei honorem et laudem diligit omne id quod facit ad amplificationem
laudis divine maior est materia profectus. Sed contra in mandato dilectionis
proximi precipitur ut homo diligat proximum sicut seipsum. Quod exponens
augustinus dicit Sicut teipsum id est quemadmodum teipsum. Nos ipsos autem
deamans diligere ad summi boni participationem. Si ergo demones ad
hanc non possunt pervenire videtur quod non sunt diligendi ex caritate. Item super
illud Luc. x. cuius est videtur proximus esse glossa proximus est cui impenditur
vel qui impendit misericordiam sed demones non sunt tales ergo non sunt diligendi
ex caritate. Item augustinus viii de trinitate qui diligit homines vel quia
iusti sunt vel ut iusti sint amare debet sed demones non sunt iusti nec
possunt esse iusti ergo non sunt ex caritate amandi. Item contraria caritatis demones
non diligit sed potius odit et detestatur ergo si in eis est caritas magis
perfecta et tanto perfectior est et minima quanto conformior est illi qui sunt in
patria videtur quod nostra caritas se ad demonum dilectionem extendere debeat.
Item unitate caritatis vinculo amplecti quod est perpetualiter separatum ab
hiis qui caritate ligantur sed demones ab omnibus qui sunt sempiternaliter
separati ergo non sunt caritate diligendi.

R° Responsio dicendum quod sicut irrationalia ex caritate
non sunt diligenda elicitive quia non sunt ordinata ad illius summi boni af-
fectionem. Quod dilectio caritatis sic optat demones quia sunt obstinati in
malicia et impossibiles effecti ad percipiendum beatitudinem eternam diligendi non sunt ex caritate

elicitive

Caritas autem nullos facit diligere electione nisi eos quos optat ad sum-
mam beatitudinem pervenire / nullos autem optat pervenire ad istam super-
nam beatitudinem cum moneatur discrete et vocabiles nisi eos qui sunt habiles
ad perveniendum vel secundum ordinem nature et secundum ordinem divine iusticie / Cum ergo
demones non sint apti nati per unum felicitari et in deo beatificari quia eorum
divina iusticia repugnat per quam sunt dampnati ad sempiternam
miseriam / hinc est quod caritas summi boni eorum non optat / et ideo concludendum
est quod demones non sunt ex caritate diligendi. Eodem etiam modo dicendum est de dampnatis
sed quod ex caritate diligere accipiatur proprie / Secundo ex caritate diligere accipiatur
large prout actus dilectionis est ex caritate imperante / sic demones sunt
quodammodo diligendi et quodammodo odiendi ratione culpe odiendi quia sunt
deo dissimiles diligendi ratione nature / ymago enim summi regis secundum suam
naturam considerata quamvis est de se pulcra et formosa et naturali affectu
amabilis a considerante / ita ut vitium quod habet ratione multum detestatur
corpus culpam et culpa corpus totaliter et inseparabiliter possidet corpus nisi
hinc est quod caritas naturalis magis movet affectum naturalem ad diligendum caritas
intellectualis quam ad diligendum demones / Contra dicta sunt rationes ostendentes
quod demones non sunt diligendi ex caritate / Ad primum ergo quod obicitur quod proximus est
qui communicat in ratione dicendum quod communicatio in ratione est duplex vel secundum
puram rationem vel secundum ordinem vel habilitatem ipsius ad gratiam / Dico ergo quod
proximitas secundum rationem nudam non est sufficiens ad hoc quod aliquis dicatur esse proximus
secundum actum dilectionis. Dilectio enim caritativa respicit ordinationem ad gratiam
et quam demones habent proximitatem careat quia redditi sunt ad gratiam
impossibiles sub ratione proximorum non continentur, et ideo ex ista ratione
non sequitur quod diligendi sunt ex caritate. Ad secundum quod obicitur quod ymago est ratio diligendi in
caritate dicendum quod ymago non est sufficiens motivum dilectionis nisi inquantum est or-
dinata ad gratiam et gloriam ad quam ordinat caritas / et quia hec modo
non est in demonibus immo omnino inordinata ideo non cogit illa ratio.
Ad tertium quod obicitur quod angeli antequam peccarent ex caritate erant diligendi
dicendum quod hoc erat quia tunc habilitatem et ydoneitatem habebant ad assequendum gloriam
sed hanc non habuerunt post lapsum et ideo non sunt nunc sicut tunc ex caritate
diligendi. Et si tu obicias quod sunt data bona magnifica et splendidissima
dicendum quod licet data quantum ad potentias vel naturalium opponunt non autem quantum ad ha-
bilitates et aptitudinem vel gratuitatem / inhabiles enim effecti sunt ad beatificari
tales enim habilitates corruperunt per peccatum secundum quod vult augustinus in 2o libro
super genesim / Ad 4m quod obicitur quod quicquid facit ad cumulum nostri meriti est ex
caritate diligendum dicendum quod hoc potest esse duplex vel secundum principaliter intentionem vel occasionem
quamvis enim predicta proponantur possit haberi de eo quod facit ad cumulum
nostri meriti secundum principalem intentionem et primariam ordinationem / de eo tamen quod facit
ad cumulum meriti per occasionem non oportet habere necessario quia ex multis malis
et peccatis dei iniuriis iustus elicit bona / et hoc modo demones faciunt
ad nostri meriti promotionem quia dum intendunt nos pertrahere ad peccatum nostre
divina eorum expertum consilium nostris iustis et sanctis ad meriti additamentum /.

Ad i^m quod ultio d(icitu)r q(uod) om(n)e q(uo)d fa(cit) ad dei honore(m) et laude(m) vel decore(m)
iustic(ie) e(st) diligend(um) ex cari(tate). d(icendu)m q(uod) sicut ex p(re)d(i)c(t)is p(atet) si p(ro)p(ri)e accipia(tur)
diligere ex ca(rita)te p(ro)p(ri)o no(n) h(abe)t u(er)i(ta)te(m). Et si tu obicias q(uod) ordinatu(m)
ad b(ea)titudine(m) e(st) dilig(endu)m ex ca(rita)te / g(ener)o simili(ter) ad laud(em) ordinatu(m).
d(icendu)m q(uod) dupl(icite)r e(st) ad ordinatu(m) ad b(ea)titudine(m). vel q(uia) de ip(s)o se
ordinatu(m) e(st) ut p(er)ueniat ad b(ea)titu(dinem). vel q(uia) p(er) ip(su)m a(liu)d ordinatu(m)
e(st) p(er)ueni(re). Et q(uod) p(ri)mo m(od)o ordinatu(m) e(st) ad b(ea)titudine(m) e(st) ex ca(rita)te dilig(endum)
q(uod) 2° m(od)o ordinatu(m) e(st) no(n) o(portet) diligi ex ca(rita)te accipi(en)do p(ro)p(ri)e ordiatu(m).
Similit(er) ad ad laud(em) dei ordinatu(m) p(otes)t e(ss)e dupl(icite)r. vel q(uia) p(er) ip(su)m laudat
et magnificat de(um) vel glo(r)ia(tur) i(n) laude dei / aut q(uia) e(st) m(ateri)a laudis
diuine. Et q(uod) p(ri)mo m(od)o ordinatu(m) e(st) ad dei laude(m) ex ca(rita)te dilig(endum) est.
q(uod) uero 2° m(od)o ordinatu(m) e(st) no(n) o(portet) q(uod) diligat(ur) ex ca(rita)te / n(isi) dica(tu)r dilig(i)
ex ca(rita)te imp(er)ante. Caritas e(ni)m imp(er)at ho(min)i ut uelit om(n)e bon(um)
dei i(n) uniu(er)so q(uod) excitat uiru(m) iustu(m) ad laud(em) et magnific(andum) de(um) su(m)(m)u(m).

Tercio q(uer)it(ur) utr(um) ex ca(rita)te diligendi s(un)t mali ho(min)es. Et q(uod) n(on) ui(detur)
Mat(thei) v. Diligite i(n)imicos u(est)ros (et)c. Ex(tra) qui odit iustos abs(que)
dubio e(st) i(n)iq(uus) et malu(s) / g(ener)o si t(al)e e(st) dilig(endum) ex ca(rita)te (et) iux(ta) ma(n)datu(m) diui(num)
mali ho(min)es ex ca(rita)te diligendi s(un)t. It(em) om(n)es p(re)destinati diligendi s(un)t ex
ca(rita)te / s(ed) multi qui s(un)t mali s(un)t p(re)destinati / g(ener)o aliq(ui) mali ex ca(rita)te
diligendi s(un)t. S(ed) nesci(mus) q(ui) s(un)t p(re)destinati qui p(re)sciti diu(in)a s(un)t
g(ener)o om(n)es mali s(un)t ex ca(rita)te diligendi. It(em) om(n)es p(ro) q(ui)b(us) e(st) ora(n)d(um) s(un)t ex
ca(rita)te diligendi. s(ed) ora(n)d(um) e(st) p(ro) peccatorib(us) g(ener)o tales ex ca(rita)te s(un)t diligendi.
It(em) p(er)fecti(ssi)ma caritas fuit i(n) (Christ)o. s(ed) (Christ)us cu(m) e(ss)e(n)t i(n)iusti et peccatores
dilex(i)t nos si g(ener)o om(n)is amor (Christ)i fuit de cari(tate) (et) i(n) (Christ)i imitac(i)o(n)e(m) tenem(ur)
q(uod) peccatores et impij ex ca(rita)te sunt diligendi. Ex(tra) q(uod) i(n) ps(almo) Nonne qui
te oderunt d(omi)ne oderam et sup(er) i(nimicos) tuos (et)c. Ex(tra) om(n)es uiri i(n)iusti deu(m) of-
fendunt et ip(s)i deo i(n)i(m)icant(ur) / g(ener)o om(n)es peccatores odiendi s(un)t
no(n) g(ener)o ex ca(rita)te diligendi. It(em) caritas fa(cit) no(s) e(ss)e in a(n)i(m)a co(n)for(me)s no(str)i
d(omi)ne. s(ed) peccatores et iniusti s(un)t odibiles deo s(ecundu)m i(d) Eccl(esiastic)i xij. Altissi(mus)
odio h(abe)t peccatores. Et i(bidem) d(icitu)r. Abhominabil(e) e(st) deo impi(us) et impi-
etas ei(us) / g(ener)o n(ost)r(a)e co(n)lege(n)te ca(rita)te mali s(un)t odiendi no(n) g(ener)o ex ca(rita)te dil(igendi).
It(em) i(n) q(ui)b(us) s(un)t g(ra)cia i(n) ip(s)o. et sic se h(abe)t bonitas ad dilec(i)o(ne)m sic
malicia ad odiu(m). s(ed) h(ec) e(st) p(ro)p(ri)e r(ati)o(n)e q(uod) boni s(un)t dilec(ti) / g(ener)o et h(aec)
mali s(un)t odiendi / s(ed) odi(u)m no(n) e(st) dilic(tio) / g(ener)o mali no(n) s(un)t ex ca(rita)te
diligendi. It(em) caritas e(st) u(incu)l(u)m unit(atis) g(ener)o illi soli s(un)t ex ca(rita)te dilig(endi)
qui s(un)t ex unit(at)e cor(por)is iusticie. s(ed) mali no(n) s(un)t ex unit(at)e corporis
iusticie g(ener)o no(n) s(un)t ex ca(rita)te diligendi. Re(spon)s(i)o d(icendu)m q(uod) de mal(is) ho(min)ib(us)
dupl(icite)r co(n)tingit loqui / dupl(icite)r (et) g(ene)r(alite)r eos co(n)sid(er)are / vel i(n)q(uan)tu(m) s(un)t
homines. vel i(n)q(uan)tu(m) s(un)t mali. siue i(n)q(uan)tu(m) h(abe)nt i(n) se re(rum) diuine
ymaginis s(ecundu)m qua(m) s(un)t capaces b(ea)titu(dini)s. vel i(n)q(uan)tu(m) caret p(er)fec(ti)o(n)e diui(n)e
similitu(din)is. Si p(ri)mo m(od)o co(n)sid(er)e(mus) ho(min)es malos i(n)q(uan)tu(m) s(cilicet) s(un)t ho(min)es
et ad dei ymagine(m) s(ecundu)m qua(m) s(un)t capaces b(ea)titu(dini)s / sic ex ca(rita)te diligendi s(un)t
p(ro)p(ter) eo q(uod) lib(er)alitas ca(rita)tis et ei(us) amplit(u)do o(mn)ibus recollig(i)t qui ad e(iu)s su(m)ma(m)

Co(n)
I(n)
I(n)
I(n)
R(espon)s(i)o
Natu(r)a

Culpa.

beatitudinem habent ydonei. Et nos considerantes homines malos secundum quod mali
sunt privati perfectione divine similitudinis sic potius sunt detestandi quam dili-
gendi. Homines et odiendi sunt et diligendi, odiendi quidem ratione inordinationis
culpe, diligendi vero ratione ordinis nature quo possunt esse ad perfectionem converti, et hoc est quod
dicit glossa super quadam auctoritate, hoc est secundum indignationem deum inimicis, compas-
sionem deum nature. Et ysidorus libro de virtutibus: Totum hominem non diligit
qui hominem odit, bonum enim non odire nunc sed culpam, sed ergo malorum
culpam odiamus ipsos tamen diligamus ut diligere debemus. Et tunc concedendum est
quod licet malorum hominum malicia sit detestanda, ipsi tamen mali homines
inquantum sunt ad beatitudinem ordinati sunt ex caritate diligendi. Videntur rationes
que ad hoc inducuntur concedende pariter. Ad primum ergo quod primo obicitur quod propheta odio
habebat odientes deum. Dicendum quod propheta non odiebat nunc sed eorum culpam
propter quod subiungit, perfecto odio oderam illos. Glossa: iniquitates eorum odi
non nunc, sed tamen perfecto odio odisse est ut nec propter vitia homines odisset
nec propter homines vitia diligat. Ad secundum quod obicitur quod deus odit peccatores
iam prout [illegible] quia deus non odit eos ratione nature sed ratione iniquitatis, sed cum ratione
iniquitatis priventur a divina iustitia, ratione tamen nature ad bonum ordinate sunt
et attrahuntur a divina misericordia secundum id quod dicitur Ro. v. Commendat autem deus
caritatem suam in nobis quoniam cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est.
Sic enim deus dilexit mundum ut dicitur Jo. iii ut filium suum daret. Ad tertium
dicendum quod sicut propositum de proposito et oppositum de opposito. Dicendum quod id quod habet medium
per se et non in ratione [illegible] est duplex [illegible] quia boni homines sunt diligendi
non solum quia boni sunt et quia ad bonum ordinati sunt non solum boni
in actu sed et quia boni aptitudine et habilitate et ideo non sequitur quod mali sunt odiendi
quia mali et si non sunt boni in actu sunt tamen boni in aptitudine. Preterea quod
hoc sit verum quod boni inquantum boni sunt diligendi ex hoc non sequitur quod mali
inquantum mali sunt odiendi et hoc quidem verum est quod ex hoc ulterius non est
inferendum quod mali homines non sunt diligendi quia communis sit in eis malicia
culpe que est ratio odiendi et tamen in eis bonitas nature que est ratio diligendi. Ad
quartum dicendum quod caritas est vinculum unitatis. Dicendum quod vinculum dilectionis habet respectum ad
duo extrema, unum tamen illorum respicit subiectum alterum autem sicut terminum
nec oportet quod utrumque respiciat sicut subiectum in ubi requiritur perfectio unionis
quam ergo habens caritatem est de unitate corporis, aliquis non potest esse de unitate
corporis non habens caritatem illis quamvis caritas non sit actu. Hinc est
quod caritas potest esse in uno respectu alterius pro eo quod vinculum amicitie ad sui
esse non necessario exigit extremorum mutuam conversionem, multi enim diligunt
qui non diliguntur. Verum ad hoc quod caritas sit vinculum unionis
oportet quod ponat utrumque extremorum in actu unitatis, sed sufficit quod possit unum
in actu et alterum in quo est velut in habitu sive obiectum sicut scientia potest
scientie in actu, scibile non potest in habitu. [illegible]

Quarto queritur utrum ex caritate sit diligenda caro. Qui amat carnem suam peccat
causa? sed constat quod anima non stat in perpetua carne ergo secundum ita caro
in hoc mundo est odienda ut quod odienda sunt contraria, non ergo ex caritate diligenda.

1. 2. 3. 4.

Con

Item non est ex caritate diligendum quod impedit hominem ad assecucionem beatitudinis
sed caro nostra est huiusmodi quia caro concupiscit adversus spiritum sicut dicitur Gal. v. Et
ad Ro. vii. Invenio in membris meis legem repugnantem etc. ergo si corpora
nostra impediunt nos a beatitudine assequenda videtur quod non sint ex caritate
diligenda. Item caritas numquam excidit, ergo videtur quod ea ex caritate sunt diligenda
que numquam excidunt sed corpora nostra corrumpuntur ergo ex caritate diligenda non sunt.
Item vero ymaginibus sine expressa assimilacio ad deum est, id quod facit caritatem
racionale ex caritate diligi sicut in secunda (?) probatum est sed in corpore quantumcumque cum brutis
nec perfecto ymaginibus invenitur in nobis ex parte corporis ergo videtur quod corpora
nostra non sunt ex caritate diligenda sicut nec bruta alia. Sed contra Ephe. v.
Viri debent diligere uxores suas sicut corpora sua. Si ergo hortatur apostolus ad di-
ligendas uxores ex caritate cum sibi diligende sint ut corpora nostra videtur
corpora nostra sint ex caritate diligenda. Item Augustinus dicit i li. de doctrina christiana
iiii.or sunt diligenda et cum premisset subditur quod infra nos est scilicet corpus
nostrum. Si ergo Augustinus enumerat id diligenda ex caritate precise et proprie videtur quod
corpora nostra sint diligenda ex caritate. Item omne beatificabile ex caritate est diligendum
sed corpus nostrum quantumcumque cum anima in participacione felicitatis ergo sicut quantum ad hoc
in dileccione caritatis. Item in ordine caritatis consanguinei premittendi sunt extraneis
secundum Ambrosium. Sed consanguinitas non est nisi ex parte corporum. Si ergo hoc (?) caritas
reddit homines magis amabiles videtur quod corpora nostra in ea quantum ad
quod sunt ex caritate diligenda. Responsio. Dicendum quod cum caritas sit pondus inclinans
ad summum bonum et perfectam beatitudinem omne id facit diligere quod est beatum
et beatificabile. Corpus ergo contingit ad esse beatum dupliciter scilicet per essenciam et per primam influ-
enciam et per quandam redundanciam. Hinc est quod omnia ista sunt ex caritate diligenda
secundum prius et posterius secundum magis et minus. Beatificat per essenciam est solus deus, beatum per
primam influenciam est racionalis spiritus, beatum demum per quandam redundanciam corporis
est corpus humanum quod gaudium gloriae redundat per connexionem sui ad animam.
Hinc est quod caritas sola facit nos diligere deum et racionalem spiritum. Concedendum
est et sic probatum est quod corpora diligenda sunt nostra ex caritate. Concedende sunt et rationes
ad hanc partem inducte. Ad id ergo quod obicitur quod deus hortatur nos in evangelio

1

ad vitam carnalem odiendam. Dicendum quod in corpore nostro est necessitas concupiscencie
et bonitas nature, et quia necessitas concupiscencie inclinat ad malum ideo est
odienda, et si quis eam diligit odit animam suam. Quoniam bonitas nature
ordinata est ad summum bonum quodammodo comparticipem ideo est diligenda. Cum ergo
dominus hortatur ad odiendam animam nostram sive vitam carnalem dicendum
quod hinc non concluditur quod corpora nostra non sunt diligenda simpliciter, sed quantum ad

2

necessitatem concupiscencie. Et per hoc patet responsio ad racionem sequentem quia caro non
repugnat spiritui nec impedit ad assequendum beatitudinem propter condicionem nature

3

sed propter necessitatem concupiscencie contractam. Ad id ergo quod obicitur quod non debent diligi ex caritate
ea que corrumpuntur quia caritas numquam excidat. Dicendum quod quamvis corpus
nostrum sit corruptibile ad tempus et secundum presentem statum, est tamen ad perpetuam incorrupcionem
ordinatum. Unde quamvis nunc seminetur in corrupcione, resurget tamen in incorrupcione
et quamvis corpus sit corruptibile quantum ad lapsum nature in futuro tamen non sit quod non sit

diligibile ex caritate quoniam ad veniendum non est nisi quia ordinatum est ad perpetuam
incorruptionem. Ad id quod obicitur quod non est ymaginibus et expressa assimilatione que facit
creaturam rationalem diligi ex caritate, non invenitur in corpore. Dicendum quod verum est per se
loquendo, quia non ymaginibus sit factum. Sed aut corpus humanum non sit ad dei ymaginem
perfectum, unitum anime que est ad dei ymaginem, unitum inquam in unitate
nature vere illius est beatitudinis participatio, et sic est beatitudinis comparticipa-
tivum et diligendum ex caritate eadem ratione qua est sic rationali unitum. Et hoc est proprium
corporis humani vere cuius non alterius corporis. Unde non est simile de aliis corporibus
et animalibus irrationalibus. Utrum ex caritate sint diligenda dona gratuita. Et quod

Quarto queritur utrum ex [caritate]. Videtur primo per Augustinum in libro de trinitate: qui diligit
proximum propter ipsam perfectam dilectionem diligat; ergo si proximum diligat ex
caritate, dilectionem diligit ex caritate. Sed dilectio qua diligit proximum est donum
gratuitum; ergo dona gratuita sunt ex caritate diligenda. Item omne quod
ordinat ad beatitudinem et ad eam perducit est diligendum ex caritate. Sed
dona gratuita sunt huiusmodi; ergo videtur quod ex caritate diligenda sunt. Item constat
est quod dona spiritualia sunt amanda et a deo petenda, et qui ea diligit
diligendo meretur. Sed ergo dilectio meritoria est dilectio caritatis; ergo videtur quod
talia dona sunt ex caritate diligenda. Item sicut se habet dilectio gratuita
ad dona gratuita, sic se habet dilectio naturalis ad dona naturalia. Sed bona
naturalia diliguntur naturali dilectione; ergo pari dilectione dona gratuita diliguntur
dilectione gratuita. Sed dilectio gratuita est dilectio caritatis; ergo videtur quod dona
gratuita sunt ex caritate diligenda. Sed contra: quicquid creatum caritatis ratione est
diligendum ex caritate. Sed huiusmodi dona gratuita rationem non habent; ergo non
debent diligi ex caritate. Item diligere est velle alicui bonum. Sed stultum est
quod velle aliquid virtuti vel caritati bonum; ergo videtur quod huiusmodi bona gratuita
ex caritate non sunt diligenda. Item id solum est ex caritate diligibile quod est
aliquo modo beatificabile. Sed huiusmodi dona gratuita non sunt beatificabilia; ergo non sunt ex caritate
diligenda. Item Augustinus sufficienter enumerat ea que sunt ex caritate diligenda,
sed dona gratuita non sunt de illis que Augustinus enumerat; ergo videtur quod ex caritate
diligenda non sunt. Respondeo: Ad predictorum intelligentiam est notandum quod aliqui
dicere voluerunt dona gratuita non esse ex caritate diligenda, sed quod di-
liguntur ex caritate est motu caritatis ut eliciti. Sed si ex caritate diliguntur hoc
est quia diligere est ipsius caritatis imperantis. Nam hoc dicunt: caritas ab
affectu naturali, quia naturalis affectus querit proprium commodum; caritas non querit
que sua sunt, sed protendit in alterum; et quia commodum invenitur et proprie consistit
in spiritualibus donis que ordinant nos ad beatitudinem, ideo amor talium donorum
est a dilectione naturali elicitus, sed a caritate imperatus, cuius est imperare affectibus
inferioribus ut recte moveantur in suum finem. Sed hoc non sufficit, dicendum propterea quod
quia caritas non solum in alterum tendit, huius enim caritatis proprium ipsam finem deo
desiderat. Secundo quia cum omnibus sit necesse querere et amare commoda naturalia
spiritualia atque dona perfecte amare, hoc non potest esse nisi dilectionibus gratuitis. Et
propterea est aliquis modus dicendi, quod cum bonum sit obiectum caritatis et actus respiciat speciem
ab obiecto, intenso actu dilectionis per rationem habet si verum bonum bonorum, at dona dup-

vnio(n)e c(ari)tatis q(ue) e(st) ordinatu(m) ad b(ea)titudine(m) t(anquam) i(n) fine(m). Alio(rum) abstractiue
q(ua)ntu(m) ad quod quid ordina(tur) i(n) fine(m). Dona c(ontra) g(ra)tuita n(on) d(icu)nt(ur) e(ss)e bo(n)a
p(ri)mo mo(do) s(ed) 2o mo(do) q(uia) nec(essariu)m illis subst(antia)lit(er) vo(lun)tates h(abe)nt i(n) fine(m) ordina(tur) i(de)o p(ro)p(ri)e
loque(n)do mag(is) s(unt) bonitat(is) q(ua)m bo(n)a et mag(is) vo(lun)t(at)is dil(e)c(ti)o q(ua)m dil(e)c(t)a
et i(de)o dic(itur) isti q(uod) susc(e)ptiua bono(rum) bono(rum) sp(irit)ualiu(m) s(un)t ex c(ari)tate
diligenda. Ip(s)a v(er)o dona g(ra)tuita n(on) s(un)t p(ro)p(ri)e ex c(ari)tate diligenda
s(ed) mag(is) vo(lun)t(at)e dil(e)c(ti)o ex c(ari)tate sua subita. Et q(uia) ac(tus) cu(m) s(ub)o e(st)
p(ri)ncip(i)o dil(e)c(ti)o isto(rum) donor(um) cu(m) dil(e)c(ti)o(n)e c(ari)tatiua r(ati)o(n)abiliu(m)
n(on) e(st) pone(re) i(n) ... S(ed) e(st) adhuc r(ati)o aliq(ua) sp(eci)al(is) e(st) p(ro) eo q(uod) d(eu)s
qui e(st) ip(s)a su(m)ma bonitas p(ro)p(ter) q(uo)d c(om)muni(ca)t(ur) ea que s(un)t ex c(ari)tate
diligenda. Et i(de)o si p(ro)p(ri)e v(er)u(m) q(uod) e(st) mag(is) s(ed) talia dona sp(irit)ualia
s(unt) bona p(ro)p(ri)a q(ua)m ho(m)i(n)ib(us) diligu(n)t(ur) multo for(ti)us ex c(ari)tate diligenda
ip(s)a v(i)de(n)t(ur). Et i(de)o e(st) adhuc tanq(uam) mo(dus) ... q(uod) sicut i(n) p(re)dictis
tactu(m) e(st) q(uod) dupl(e)x e(st) c(ari)tatis mot(us) et affect(us). Est e(ni)m dil(e)c(ti)o amicitie
et dil(e)c(ti)o co(n)cupiscentie. Dil(e)c(ti)o(n)e amicitie ea diligu(n)t(ur) quib(us) optat(ur) bonu(m).
Dil(e)c(ti)o(n)e v(er)o co(n)cupiscentie d(icu)ntur diligi q(ue) desidera(n)t(ur). Cu(m) ergo desideriu(m)
bonor(um) sp(irit)ualiu(m) e(st) p(ro)p(ri)us amicitie s(ed) q(uod) s(ci)t dic(itur) q(uod) bona sp(irit)ualia
t(ame)n v(er)u(m) hoc est. Et (con)cedit(ur) e(st) q(uod) bona sp(irit)ualia ex c(ari)tate diligenda
s(un)t et h(oc) exp(re)sse d(icit) aug(ustinus) i(n) v(er)bis dei cu(m) d(icit) q(uod) ip(s)a c(ari)tas ex c(ari)tate
diligenda est. Et exp(re)sse docet ip(s)a exp(er)ie(n)cia viros sp(irit)uales
qui mel(ius) tam(en) desidera(n)t p(ro)p(ter) d(eu)m qui h(abe)re p(er)fectam dei dil(e)c(ti)o(ne)m.
Vn(de) co(n)cedi s(un)t v(er)ba que s(un)t ad ista p(re)te(r)missa duo q(uod) o(portet) i(n) q(ua)ntu(m) q(uod) in
c(ari)tat(e) c(ari)tatis v(er)bo diligenda e(st) ex c(ari)tate. Ad. q(uod) si intelligat(ur) de
dil(e)c(ti)o(n)e amicitie v(er)u(m) e(st). Si n(on) de dil(e)c(ti)o(n)e co(n)cupiscentie n(on) e(st) v(er)u(m). Et si tu
obicias q(uod) t(ame)n bo(n)a t(em)p(or)alia e(ss)ent dilige(n)da ex c(ari)tate cu(m) c(ari)tas fa(ci)at
ea bo(n)a co(n)cupisci p(ro)p(ter) d(eu)m ... Ad. q(uod) n(on) e(st) sile q(uia) ea bo(n)a
temporalia h(abe)nt t(ame)n v(er)u(m) comodi s(ed) bona sp(irit)ualia h(abe)nt v(er)bo(rum)
ho(ne)sti. Et i(de)o co(n)cup(iscenti)a sapie(nti)e s(e)c(un)d(u)m scriptura(m) lauda(tur) q(uo)n(iam) co(n)cupia p(re)
tiu(m) vitupe(ratur). Q(uia) bo(n)a t(em)p(or)alia s(un)t minima bona s(ecundu)m d(icit) aug(ustinus). S(ed)
dona g(ra)tuita s(un)t bona maxima. Et i(de)o de his et istis n(on) e(st) sile.
Ad. q(uod) q(ui)d o(bicitur) q(uod) dilige(re) e(st) velle alicui bonu(m) i(n) p(ri)mo mo(do) q(uia) lo(quitur) de dilig(ere)
s(ecundu)m q(uod) e(st) act(us) amicitie. S(ed) at q(uod) e(st) act(us) co(n)cup(iscentie) diligere n(on) e(st) velle
alicui bonu(m) s(ed) mag(is) e(st) aliq(uod) bonu(m) desidera(re) vel aliq(uod) bonu(m)
accepta(re). Et q(uo)n(iam) n(on) s(un)t co(n)cedi q(uod) c(ari)tas faciat velle
bonu(m) fa(ci)at t(ame)n s(ecundu)m desidera(ri) et acceptari t(anquam) v(er)u(m) bonu(m). Ad. q(uod) o(bicitur)
q(uod) n(on) e(st) amand(um) ex c(ari)tate n(on) b(ea)tificabile. Ad. q(uod) e(st) p(ro)p(ositi)o s(e)c(un)da h(abe)t instantia(m) i(n)
deo qui e(st) ip(s)a b(ea)titudo. Et si i(n) c(ari)tatib(us) aliq(ui)s h(ab)eat m(odu)m. H(oc) v(er)u(m) e(st) i(n)
his q(ue) dilige(n)da s(un)t dil(e)c(ti)o(n)e amicitie. Ad. q(uod) ultimo o(bicitur). Ad. q(uod) aug(ustinus) n(on)
enu(m)erat que c(ari)tate diligenda s(ed) dilige(n)da dil(e)c(ti)o(n)e amicitie. Et si tu q(ue)ras v(er)o
qu(ar)e. Ad. q(uod) h(oc) e(st) q(uia) mot(us) amicitie maior(is) libertatis e(st) q(ua)m mot(us) co(n)cupiscentie
et s(ecundu)m e(u)m c(ari)tas p(re)te(n)di(tur) et altius. Et i(de)o si i(n) mo(do) mag(is) dil(e)c(ti)o ... distinguitur
et q(ue) dil(e)c(t)a s(un)t diligi p(re)cipiu(n)t(ur) n(on) e(st) di(m)inu(tum) q(uia) i(n) illis ta(men) includu(n)tur etc.

3
Amicitie.
Concupiscentie.

1

Sexto queritur de diligendorum numero et sufficientia. Dicit enim Augustinus quod iiii^or
sunt ex caritate diligenda, videlicet deus et nos ipsi, proximus et corpus nostrum.
Et videtur primo quod sit ibi superfluitas, quia que sunt eiusdem speciei non distinguuntur
nec numero, non debent facere diversa membra distinctionis; sed nos et proxi-
mus sumus eiusdem speciei, ergo non debet homo habens caritatem cum proximo suo pro
diversis diligendis numerari. Item sacra scriptura sufficienter enumerat diligenda in
preceptis que dat, sed non enumerat nisi duo, scilicet deum et proximum, de quibus dat
duo precepta, ergo videtur quod alia membra sint superflua. Item non contingit
esse beatum nisi tribus modis, videlicet per essentiam et per participationem et per redundantiam,
ergo si caritas non se extendit ad diligendum nisi ad id quod est beatum in actu
vel in potentia, videtur quod non sunt nisi tria diligenda, videlicet deus, animus et corpus. Sed videtur
diminutio. Videtur primo per angelos, qui sub nullo istorum (?) assignatorum. Assignat
sex membra in numero diligendorum, ergo si angeli non fuerint in enumerando superflui,
videtur quod Augustinus fuerit diminutus. Item si ex caritate diligendum est corpus nostrum, videtur (?)
corpus proximi, quoniam sicut animus noster et animus proximi constituunt communiter duo
membra diligendorum, et videtur quod corpus nostrum et corpus proximi, ergo videtur quod v sunt
ex caritate diligenda. Item sicut ex caritate diligitur quod est supra nos et infra
nos et iuxta nos, sic et ex caritate diligendum est quod est contra nos, videlicet inimicus. Sic
supra omnium esse videtur ergo quod predictis modis membris deficiat unum membrum.
Queritur ergo quare tot sunt ex caritate diligenda et non plura nec pauciora.

Ad hoc dicendum quod numerus diligendorum et sufficientia dupliciter potest accipi: uno modo per
comparationem ad ipsam dilectionem, alio modo per comparationem ad ipsum diligentem.
Secundum ipsam dilectionem potest accipi numerus et sufficientia sic: Cum omnis dilectio
sit appetitus boni, in appetitu autem boni est considerare ipsum bonum desi-
deratum et ipsum qui desiderat et ipsum cui desiderat. Bonum autem desideratum
hoc est summum bonum; ille qui desiderat est habens caritatem; cui autem desidera-
tur potest esse in quadruplici differentia: aut quia optat summum bonum ipsi deo, aut sibi ipsi,
aut consimili, aut adherenti; non (?) iiii^or sunt ex caritate diligenda. Quia numerus di-
ligendorum non accipitur ex parte optantis vel ex parte boni optati,
cum sit unum, sed ex parte eius cui optatur; quod cum sit in quadruplici differentia,
iiii^or sunt diligendorum membra. Et hoc est quod dicunt quidam, quod in predicta divisione
sumitur numerus diligendorum secundum dilectionem amicitie, qua (?) quibus diligendo aliquem
quem multum volumus bonum. Alio modo potest sumi numerus et sufficientia diligendorum ex comparatione
ad ipsum diligentem. Nam diligens aut habet respectum ad se, aut ad id quod
infra se est, aut ad id quod est supra se, aut ad id quod est iuxta se; et sic iiii^or
tantum diligenda sunt ex caritate. Et secundum hunc modum assignat Augustinus diligibilium
numerum et sufficientiam in libro De doctrina christiana. Hunc tamen assignat numerum secundum ordi-
nem debitum; dicit enim: Cum sint iiii^or diligenda, unum quod supra nos est, scilicet deus,
alterum quod nos sumus, tertium quod iuxta nos est, scilicet proximus, quartum quod infra nos,
scilicet corpus; et quia omnia possunt reduci ad ista iiii^or membra, ideo patet diligendorum
numerus et sufficientia. Ad id ergo quod obicitur quod est ibi superfluitas, quia non differunt specie
a proximo, dicendum quod quamvis specie non differant, tamen ad nos per relationes non (?)
[illegible] non differunt. [illegible] dilecti [illegible] per caritatem [illegible] habitatis [illegible] ad
beatitudinem (?)

[Margin: Contra — [marginal marks] — Solutio — Dilectionem — Diligentem]

2 et deum proximum illi optat tendere ad idem quod a latere. Ad iiii dicendum quod quamvis scriptura non exprimit nisi duo diligenda, dicendum quod in sequenti mandato implicatur tamen mandatum de aliis. Cum enim dicitur diliges proximum tuum sicut teipsum, mandat homini quod diligat seipsum, et cum ipse sit constitutus ex anima et corpore includitur dilectio utriusque. Ad v dicendum quod cum tunc obiicitur quod omnis est quoddam bonum, dicendum quod verum est, sed tamen caritas que disponit ad bonum eius

3 alio respicit suum susceptibile, alio respicit id quod est ei simile, proximum ut participabile, ut conparticipabile; ideo secundum ista diversa comparationum distinguuntur diversa diligibilia. Ad vi dicendum quod cum ultimo obiicitur quod est in divinum, quia ambo

4 possunt diversa diligibilia. Ad vi dicendum quod cum ultimo obiicitur quod est in divinum quia ambo afficiunt sex membra, dicendum quod illa sex reducuntur ad ista iiii. Nam ambo cum distinguunt unum membrorum istorum in v, scilicet dilectionem eius quod est infra nos et dilectionem proximi. Valet enim conveniens quia ambo considerant duas dilectiones actuales; Augustinus considerat gradum et duas magis generales.

7 Ad vii dicendum quod cum obiicitur de corpore proximi, dicendum quod tam corpus proximi quod appellatur infra nos et ideo continetur sub quarto membro. Nec est simile quoniam corpus nostrum est infra nos et ideo proximum quia diversificatur. Habet caritas comparari ad utrumque, ad animam et ad proximum ad quartum sit ad proximum. Ad corpus autem ad unum sit ad nostrum tamen, ad aliud sit ad proximum. Ad corpus autem habet comparari uniformiter. Ad utrumque cum compararetur sit ad infra. Aliter voluit aliquis dicere quod dilectio corporis proximi continetur sub dilectione proximi quia uniformiter comparatur caritas ad utrumque, ad animam autem nostrum et ad corpus comparatur sit ipsum informans et eidem inherens, ad corpus vero sic

6 eidem dirigens et ipsum regens. Ad viii dicendum quod cum obiicitur quod ex caritate diligitur quod est quod est supra nos, dicendum quod continetur sub communi membro quod est supra nos pro eo quod et si inimici sint diligendi qui sunt contra nos, non tamen diligendi in eo quod sunt contra nos hoc est ratione culpe, sed in eo quod sunt supra nos hoc est secundum conformitatem nature.

In parte ista sunt dubitationes circa litteram. Et primo queritur de hoc quod dicitur. Nec speciali precepto opus erat homo traditur ut quibus se vel corpus suum diligat. Hoc enim non videtur verum quia cum precepta data sunt ad dirigendum affectiones hominis, cum magis contingat unumquemque errare circa dilectionem sui vel corporis sui, videtur quod de hoc debuit magis preceptum dari. Item in preceptis caritatis non preter amorem carnalem sed spiritualem, sed difficilius est seipsum spiritualiter diligere sicut hoc nos videmus est ad salutem, videtur quod hoc debuit specialiter precipi. Si dicatur quod non oportet precipere quia in aliis duobus preceptis includitur, tunc queritur quare dilectio proximi non includitur, sed exprimitur. Ad hoc dicendum quod triplex est ratio quare non oportet speciale mandatum dari de dilectione sui vel corporis.

Prima est quam reddit Augustinus et habetur in littera quia satis inest per hoc quod dicitur Sicut teipsum. Alia ratio est quia ad hoc ipsum inclinat natura. Tertia ratio est quia diligere deum ex toto corde et ex tota anima et ex tota mente hoc est seipsum spiritualiter amare, cum enim se spiritualiter amat qui cor et corpus ad honorem dei totaliter exponit et dilectio propria implicatur in illis duobus mandatis et qui bene exequitur primum mandatum facit et hoc et tertium habet ad diligendum seipsum et primo apertius tamen mandatum addit secundum quod dicit Augustinus.

Et per hoc patet de tertia obiectione. Ad quod obicitur quod circa dilectionem sui est obligatio

Spiritus

Corpus · 1 ·
· 2 ·
· 3 ·

et difficultas iam patet. Quia satis instruitur homo per illa duo mandata ad
obliquitatem et difficultatem illius removendam. Ad 3m dicendum quod ideo quia non sit
impliciter datum mandatum de dilectione proximi sicut de dilectione sui.
Ad 4m quod homo habet et quia non est ita inclinatio neque appetitus naturaliter quantum ad
alterum sicut conversio ad se ipsum, et propter difficilius est proximum diligere maxime
quando est ei adversarius, ideo congruum fuit de hoc speciale mandatum dari.
Consequenter quaeritur de hoc quod dicitur mandatum est omnem hominem proximum esse deputandum.
Videtur enim de beata virgine, si enim proximus est ille qui est iuxta nos et beata
virgo non tantum supra nos sed supra angelos exaltata est, non videtur quod tamen di-
ligenda sit ut proxima sed magis ut domina. Item honoranda est beata virgo
speciali honore qui dicitur hyperdulia, ergo speciali amore amanda, non ergo com-
prehenditur sub nomine proximi integraliter per quod intelligitur id quod est iuxta hominem. Respondeo. Ad 1m quod
nomine proximi intelliguntur omnes homines cuiuscumque sexus, cuiuscumque dignitatis, cuiuscumque
meriti, unde dilectio gloriosae virginis includitur sub dilectione proximi. Ad
2m dico quod licet non est iuxta nos sed magis supra. Ad 1m quod licet sit supra nos ratione
dignitatis, gratiae et corporis nobilitate, est tamen iuxta nos secundum conformitatem naturae,
et quantum dilectionis respectu similitudinis habet, ac respectu humilitatis. Ad 2m dicendum quod
dilectio eius generaliter sub dilectione proximi continetur, quamvis veneratio ipsius
aliis supponatur. Unde est tamen quod ipsa speciali affectu ab omnibus debet diligi.
Dico ergo quod ex hoc non sequitur quod dilectio eius non debeat sub dilectione proximi contineri,
quia quantumcumque aliqua creatura magno affectu sit amanda propter quod ipsa
ordinat caritas animam ad dilectionem salutis propriae, sic inclinat magis.
Per hoc patet responsio ad obiecta quae ipsa arguunt de dignitatis sublimitate cum obicitur
quod beata virgo est supra nos sed quando est veneranda sub nomine non proximi continetur
quantum ad naturae conformitatem sed quando est diligenda. Consequenter quaeritur de hoc quod dicitur mandatum
est praecepto dilectionis et sanctos angelos contineri. Videtur quod sancti angeli quantum
ad dignitatem naturae et quantum ad eminentiam gratiae et quantum ad excellentiam
gloriae supra nos sunt, ergo videtur quod non debeant proximi nostri sed domini reputari.
Item Christus dominus noster est qui fuit paulo minus ab angelis minoratus
secundum quod dicitur in psalmo, ergo videtur quod ipsi angeli sunt sicut domini nostri, non sint proximi
reputandi. Respondeo. Ad 1m quod quamvis angeli supra nos sint sive quantum
ad dignitatem naturae sive quantum ad sublimitatem gratiae, tamen quantum ad actum di-
lectionis non sunt supra nos diligendi, pro eo quod caritas nostra potest libere respectu
summi boni quod facit tendere et ad quod inclinat, secundo respectu sui
conformat, 3o respectu ad subiectum consilii est quod ligat quantumcumque
creata sit excellens in se ipsa, tamen secundum legem caritatis iuxta est, ideo sub nomine
proximi debent contineri. Ad 2m ergo quod obicitur quod supra nos sunt sub ratione naturae,
gratiae et gloriae, iam patet responsio, quia quamvis sint supra nos secundum ordinem naturae
non tamen sunt supra nos secundum ordinem caritatis. Patet et aliud dictum quod quamvis sint
supra nos ratione simplicitatis, spiritualitatis et incorruptibilitatis, sunt tamen iuxta nos ratione
immortalitatis, secundum quam nos et ipsi habiles sumus inmediate deum ordinari et ratione huius possunt
nostri proximi appellari. Et per hoc patet responsio ad id quod obicitur de Christo. Respondeo quod Christus
ratione passibilitatis assumptae. Consequenter quaeritur de hoc quod dicitur in quo homo diligendus.

Con.
q.
Sta Maria
Con
Sti Angeli
Xpus

sicut nos deus [illegible] quia Christus est caput nostrum secundum conformem naturam assumptam. sed caput
magis est diligendum quam aliud membrum. ergo plus debemus diligere Christum secundum quod homo
quam nos. Item tantum debemus diligere redemptorem quantum et creatorem. sed creator
est diligendus plus quam nos. ergo et redemptor. sed Christus in quantum homo est redemptor.
ergo Christum in quantum homo debemus diligere plus quam nos. Responsio. Dicendum quod Christus
in quantum homo diligendus est quantum nos vel plus quam nos. secundum determinationem in quantum
potest importare bonitatem personae vel conformem naturam super id quod deus fuit homo [illegible] Christus.
Et si importet unitatem personae sic diligendus est super nos quia sic super nos est in quantum
creator redemptor et salvator. Si non importet conformem naturam assumptam
sic diligendus est minus nobis tamen est proximus noster [illegible]. si consideremus Christum secundum rationem
humanitatis hec est prima ratio ne tantum debemus ei prestare dilectionis sicut
adoro latrie [illegible] non deus redemptor non vel caput quia tamen non redemptor
quam caput respicit personam secundum utramque naturam. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Post predicta de ordine caritatis agendum est. Supra determinavit magister de
caritate quantum ad esse et diffinitionem quantum ad diligibilia et
distinctionem. hic sequitur tertia pars in qua determinat de ipsa quantum ad diligendorum
ordinem. Dividitur autem pars ista in tres partes. in prima parte determinat de ordine caritatis per
comparationem ad ea que per caritatem diliguntur. in secunda per comparationem ad ea que sufficiant
que per caritatem impediuntur ibi Verum super hec sepe movetur questio. in tertia per comparationem ad
gradus qui in caritate respiciuntur ibi Solet etiam queri utrum diversos gradus habeat caritas.
prima et ultima parte remanet indivisa. media pars dividitur in partes duas. in prima ponit questionem
ponit magister et hanc cum diversorum opinionibus. in secunda dissolvit incidentes
dubitationes ibi Solet et queritur si parentes. prima pars dividitur in partes tres.
in quarum prima opponit ad partem unam. in secunda opponit ad partem alteram ibi
contrarium obviat illud preceptum legis. in tertia subiungit opinionem suam
ibi Quia premissa verba ambigua etc. Secunda autem pars in qua removet dubitationes in-
cidentes tres habet partes secundum tres dubitationes quas dissolvit quarum una
oritur ex alia. prima dissolvit ibi Solet queri si parentes. secunda ibi Vindictam
latebrosam etc. tertia ibi Solet queri cum deus propter minutas diligere.
Summa harum partium satis est manifesta ex hiis que dicta sunt in littera.

Ad intelligentiam autem huius partis queritur hic de ordine caritatis. circa hoc autem
incidunt sex dubitationes. prima est de ordine caritatis simpliciter utrum scilicet respectu diligendorum.
secunda est de ordine ipsius per comparationem nostri ad deum. tertia est de ordine eiusdem
per comparationem nostri ad proximum. quarta est de ordine ipsius per comparationem patris
ad filium. quinta est de ordine caritatis per comparationem domestici ad extraneum.
sexta et ultima est utrum ordo caritatis attendatur quantum ad affectum tantum
an simul ad affectum et effectum. Utrum ordo sit in caritate respectu diligendorum.

Circa primum sic proceditur et queritur. Et quod sic videtur. Canticorum ii ordinavit in me
caritatem. sed ordo caritatis non attenditur nisi in diligendo. ergo etc. Item Augustinus
de doctrina christiana dicit quod primo diligendus est deus qui est super nos. secundo quod
nos simul. tertio quod iuxta nos. quarto quod infra nos. ergo secundum hoc patet quod ordo est in caritate
respectu diligendorum. Contra. constat enim quod caritas non ordinatur ad invicem secundum ordinem [illegible]
sed secundum ordinem excellentie et dignitatis. Item hic ipsum omne [illegible] diversitatem [illegible]

Xpus.

di. 29

Et caritas forte tamen semper est ordinata quod implicatur oppositum cum dicitur caritas inordinata. Ite. Unde male dicerent hic quod subditur quod in primo est ponunt 2m vel 3m. Si enim primus diligendus est deus. Ergo qui preponunt ad deo non habent caritatem. Videtur quod male dicat quod aliqui habent caritatem inordinatam ex eo quod ponunt deum post ut secundo vel loco 3o. Respondeo dicendum quod nomen caritatis accipitur large et proprie. Deum ponunt secundo vel loco 3o. Respondeo dicendum quod nomen caritatis accipitur large et proprie dicitur large ad quamcumque dilectionem que multum habet amatum carum et ista potest esse ordinata vel inordinata proprie autem obiectum de caritate proprie sumpta. Iterum queritur de illis septem gradibus quos ponit ibi autem omnia deum deinde nos ipsos post parentes deinde filios deinde domesticos postmodum inimicos diligas. Videtur enim in hac materia ymo ambo esse superflua. Primo quia augustinus non enumerat nisi quatuor gradus. Hic autem enumerat vii. Ergo videtur si augustinus non est diminutus quod iste sit superfluus. Item dicitur quod sub uno istorum membrorum videlicet sub dilectione proximi continetur magister de illis membris. Videtur tunc quod sit diminutus quod dilectio corporis nostri in hoc non tangitur. Item sicut gradus sunt in dilectione proximorum sic videtur esse in dilectione dei quia multum deus diligendus creatorem et amplius recreatorem et maxime glorificatorem. Ergo insufficienter assignat gradus dilectionis. Item multe alie sunt conditiones quibus membra se invicem conjungunt puta pedes ad caput videlicet vero uxoris ad virum discipuli ad magistrum domini ad servum subditi ad platum quas omnes omittit ambo. Ergo videtur insufficienter diligendorum ordinem assignare quantum ergo de numero et sufficientia istorum graduum. Respondeo dicendum quod sicut dicendum fuit ordo ab augustino assignatus respectu ipsam caritatem secundum se in quo attenditur secundum principales duas bonum quod est bonum super nos et iuxta nos et infra nos. Ordo autem ambrosii respicit ipsam caritatem prout est in natura qua diligit et regit et hic non tamen attenditur penes duas bonum sed et penes bonum proprium et alienum propinquitatem et remotionem et hic ordo multiplicatur in vii duas. Natura caritas ad respectum bonum summum quod est summum bonum et est primus gradus ad respectum bonum proprium et est gradus 2us ad respectum bonum alienum ut bonum coniunctum et quadruplex est gradus secundum quod quadruplex est ordo majoris conjunctionis. Aut enim est conjunctio in ne conformitate et est ultimus gradus qui attenditur in dilectione inimicorum. Aut in ne conformitate et conversationis familiaritate et est penultimus qui attenditur in dilectione domesticorum. Aut in hiis et praeter hoc in sanguinis propinquitate et hic potest esse duplex aut in ascendendo et est filii ad parentem aut in descendendo et est patris ad filium et parentes hic accipiuntur duo gradus intelligendi et patet numerus et sufficientia illorum vii graduum patet et dissolutio oppositorum. Ad i dicendum quod obiectum de augustino iam patet. Unde quia aliter assignatur ordo diligendorum ab augustino aliter ab ambrosio. Ad ii dicendum quod obiectum de dilectione corporis nostri. Dicendum quod hic reducitur ad dilectionem sui. Ad aliud dicendum quod obiectum quod gradus sunt in dilectione dei. Dicendum quod isti tres unus est deus diligendus et non sunt nisi rationes monentes ad deum diligendum et inducentes nos sibi plus et minus quantum non constituunt ex parte dilecti diversitatem graduum. Ad id quod obiectum de aliis conditionibus sine quibus attenditur conjunctio et connexio. Dicendum quod omnes possunt reduci ad istas. Natura uxoris cum sit caro viri et ex eo reducitur ad dilectionem sui. Pater vero spiritualis reducitur ad dilectionem patris naturalis. Ceteri consanguinei ad dilectionem filii dubitaverunt et sic magister et discipuli ad domesticos referuntur.

Ordo iste

In natura

I

Et pz qr n supfluu n. z diminutu pdcis gdiby gtinet Ite quit
de solone illig qonis qua mr ppont i. Solet z qui si pentes
uiri mali sint ite, vones eni inden ee ad utrumqz pte. voe em
ppinqui sunt q mali pntes pfundi sint bonis exncis tu pen
ponant i tcio gradu. voe no boni sunt gvui z si tu videas
q no e gvctas qr dnis vepsby put innite b ppom z hnt se
sicut excedens z excessa hc no solnit qr adhuc vestat go
quod illorz magis excellit utru bonitas vel ppinqtas z q bo tas
ut tu caritas p se z pmo vespiat bonite q itm ppinqtas v
q pcs illa atten z assigna ordo ca. Rndo dd q est amor
coplacen z amor bnficie. amor coplacen amat quis aliq
qui eg sca acceptat z ipm appbat z i bonite eg coplacet b
amor no bnficie amat quis aliq gn vult ei bnfacere z debit
cu no tm qr sit bos sz ut sit bos cm ad pm amore pondat
bontas cm ad 2m pondat ppinqtas vn esto q pv meg sit
malg z alig exneg sit bos magis debeo nelle z desidare z pcure
q pv meg sit bos z i ca pmaneat qm alt exneg sz ipm z sca
eg qm dm e i statu pcti no debeo appbare Et p hc pz vn ad
qonz ppoita pz z vn ad oba. Ite quit dehc q d pfca catas e sz
ut quis pats sit p fciby mori o. em q hc qr sihec e pfca catas
ut sit pats p fciby mori tu ho i mpfca cate cosistes no sit
pats mori p deo vi q pfcus amp diligat pxm qm mpfcus
dm. Rndi conven hc e qr catas cpitucuz pna diligit dm pp se
z sup omia, hc at uniqm pfcus fcit pmo z mo hc quit. cu
catas sit nobili ops dei z dei pfca sunt opa no q omis
catas sit pfca male go hic distur p pfcam z mpfcam sup hc
z posst quiquo catas mpfca hat pfci z augri sz hc sunt det
mati i p. li. d. xvii z i 2a d. xxvii Rndo dd q signum pfce cat
z effectus e pmdo mori p fre ista tm pmptido no me cati solu
ex dilcoe fciby sz ex dilcoe fciby velata ad dilcom dei q pfco
pp se z sup omia diligit z ob cuig amore z p ipo fre mult
mori no quis hc no vepia i mo mpfco v dei Ad 3m pe
q mig diligit dm qm pfcus pxm sz qr mior e dilco vnig ve
dei qm al fcit. Ad 4 q o q catas sp e pfca dd q pfcm dv
dupr vel i se vel i ordme loquedo de pfcoe i se catas i sui
pnci o e mpfca i se sz p icmentu pficit loquedo at de pfcoe
ordinis quaquidm pfcoe omia opa dd dm ee pfca sic catas
i quocuz statu sit pfcom ht qr ordmata e i sum fine z pt
clicit debita opom Ad dis distur pfco sufficie z excellen
sine pfco simit z stips sic i 2o li d. iii e explanatu Ite quit
dehc q d q catas cu ad pfcom venit dt cupio dissolui z ee
cu xpo q hc e qr btus martinus q valde pfcam hebat cate i morte
dicebat Dne si adhuc pplo tuo sum nec no recuso laborem Ite

hec ipsum interius provocantem quia maioribus perfectionibus signum est appetere laborare et affligi pro aliquo quam appetere quiescere cum eo. Ergo notandum quod ad perfectam caritatem non pertineat dicere Cupio dissolvi et esse cum Christo, sed magis cupio laborare cum Christo, vel pro Christo. Ambrosius. Quod desiderium quiescendi cum Christo potest venire ex duplici causa, scilicet propter tedium malorum presencium, vel propter contemptum terrenorum et humiditate pregustatorum celestium. Primo modo est signum imperfectionis non perfectionis quia sic recusat laborare. Secundo modo signum est perfectionis quia non recusat laborare. Si spiritus tanto amore et desiderio stringitur quod nichil potest in se et divinam ponit caritatem prout sustinuit. Unde hoc signum est quod amat deum perfecte. Alia vero que dicuntur in littera satis sunt plana, et quedam ex eis satis declarabuntur in distinctione proxima etc. | Dis. xxx

Solet queri quid possit etc. Superius egit magister de caritate quantum ad eius essenciam et diffinitionem et quantum ad diligibilium distinctionem et quantum ad ordinem. Hic secundo incipit tercia pars qua agit de eadem quantum ad virtutis perfectionem. Dividitur autem pars ista in partes duas. In prima determinat de perfectione caritatis in motu quantum ad eius motus comparatos ad invicem ut patet de dilectione amicorum et inimicorum. In secunda vero agit de eadem in comparatione ad diligentem ibi Quod vero quod scilicet magis nos movet etc. Prima pars dividitur in tres partes. In quarum prima movet questionem et determinat. In secunda vero introducit auctoritatem Augustini que sue visioni videtur obviare ibi Augustinus tamen sentire videtur. In tercia vero predictam auctoritatem explanat ibi Et ecce hic habere videtur quod pertractavimus. Similiter secunda pars tres habet partes. In quarum prima introducit questionem que ex auctoritate Augustini habet originem quia querit de dilectione inimicorum in comparatione ad dilectionem. In secunda vero ponit determinationem quorumdam ibi Quidam vero quibus hec dura simpliciter tenere volentes. In tercia subiungit determinationem suam ibi Sed melius est ut | intelligatur etc.

Ad intelligentiam autem huius partis incidit hic quod de caritate quantum ad perfectionem multiplex et hoc quia breviter patet quia primum est utrum quis ex quantulacumque caritate possit quantecumque temptationi resistere an hoc sit solius caritatis perfecte. Secundum est utrum homo in quantulacumque caritate constitutus teneatur mortem pro Christo subire. Tercium est utrum habens caritatem perfectam teneatur ea que sunt perfectionis implere. Quartum est utrum omnes tam perfecti quam imperfecti teneantur inimicos diligere quantum ad affectum. Quintum est utrum omnes teneantur inimicos diligere quantum ad effectum. Sextum est quid sit in religione maioris meriti diligere amicum an diligere inimicum.

Circa primum sic proceditur et queritur utrum ex quantulacumque caritate possit quis resistere quantecumque temptationi. Et quod sic videtur supra in distinctione probatur homini in-lexorie tum etc. dicit Augustinus plus diligit caritas deum quam cupiditas mulierem amans et augetur, hec est verum de quantulacumque caritate et sic quantulacumque caritas excedit totam cupiditatem suam minimum etc. Si ergo magnitudo temptationis attenditur secundum magnitudinem cupiditatis videtur quod ex quantulacumque caritate possumus maxime temptationi resistere. Item ergo debilis est hostis qui non vincit nisi volentem, sed quantulacumque habet homo caritatem habet quod potest velle non vinci, ergo si potest velle non vinci resistere omni temptationi et temptatori. Videtur quod per quantulacumque caritatem possit homo superare omnem temptationem. Item potentior est caritas in bono quam sit culpa in malum, sed peccatum mortale

Ro.

Tedium malorum presencium

Pregustationem celestium

Di. 30.

quantumcumque parva sufficiat ad expellendum magnam gravem ergo caritas
quantumcumque parva est sufficiens et resistere temptationi maiori. Item caritas
quantumcumque parva sit facit hominem diligere deum propter se et super omnia et facit
hominem in deum confidere plus quam in se. Sed qui deum propter se et super omnia
amat et in deum confidit habet deum adiutorem et qui habet deum adiutorem
omni temptationi potest resistere ergo homo ex quantulacumque caritate superare potest
omnem temptationem. Item gratia quantumcumque sit modica potentior est et
excellentior quam natura, sed homo in statu innocentie in puris naturalibus constitutus
poterat quantecumque temptationi resistere ergo [illegible] in gratia potest quantecumque
temptationi resistere quantulamcumque habeat caritatem. Item respondeo quod ab(s) habeat
modicam caritatem et temptetur magis temptatione aut potest illi resistere aut non potest.
Si potest habeo propositum; si non potest ergo consentiendo tali temptationi non peccat,
sed hoc est falsum ergo et illud ex quo sequitur. Videtur ergo idem quod prius. Sed contra I Cor. x:
fidelis deus qui non permittit nos temptari super id quod potestis. Constat
quod loquitur habentibus caritatem. Si ergo deus permitteret diabolum temptare hominem
habentem caritatem super posse ergo non videtur quod cum quantulacumque caritate possit homo
resistere temptationi maiori. Item super id prius probatum est dicit et temptatione
dicit Augustinus: pro viribus nostris inspicere et preterea temptari permittere, sed hic non
peteret ut possit temptari supra vires ergo videtur quod aliqua temptatio sit cui non
sufficit resistere utique caritas modica et imperfecta. Item Ambrosius in quodam sermone
de confessoribus: Diversa sunt genera inimicorum qui sunt virium maiorum quam
compensatio nobilium agone luctantium, sed maiores vires habet caritas
perfecta quam imperfecta ergo si habet luctam sine viribus proportionalibus videtur quod aliqua
lucta sit super vires caritatis imperfecte. Item temptatio caritatis maior velut
in pugna et temptationibus victoria, ergo si quantulacumque caritas potest re-
sistere maiori temptationi videtur quod modica caritas sit maior virtus
temptationibus quod sit contra maiorem; restat quod id ex quo sequitur. Item magna
corona attenditur secundum magnitudinem pugne ergo si modica caritas resistere possit
temptationi maxime videtur quod maxima corona debetur caritati minime sed hoc est
manifeste falsum. Item pugna ex consequenti purificat animam ab
omnibus venialibus et statim evolat in celum sicut est quando propter iustitiam moritur
homo in temptatione, ergo si modica caritas possit resistere quantecumque temptationi
modica caritas possit animam in alia delere et statim in celum facere
evolare, quod si hoc absurdum constat idem quod prius. Respondeo ad predictorum questionem
est notandum quod cum queritur utrum quantulacumque caritas possit resistere quantecumque
temptationi hoc dupliciter potest intelligi: vel loquendo de potestate caritatis per
comparationem ad adiutorium divine providentie gubernantis, vel per comparationem
ad vires liberi arbitrii cooperantis. Utroque istorum modorum fuit hoc dupliciter
modo dictum. Si enim loquitur per comparationem ad dispositionem divine regiminis
sic dixerunt aliqui quod ex quantulacumque caritate potest quis resistere quan-
tecumque temptationi. Alii non quod non et utrumque verum dicere potuerunt nec est
contradictio si recte intelligatur. Si enim loquitur quantum ad temptationis exor-
dium quantulacumque caritas potest resistere quantecumque temptationi quod ad hoc

Responsio

Divinum auxilium

Exordium

hinc te[n]ta[tio] nu[n]q[uam] desit, n[on] ille no[n] vi[n]ce[re] ab eo recedat q[uam]v[is] pos[t] h[ec] q[ue] au-
get[ur] temp[tatio]nis bellu[m] op[er]a[tur] de[us] carit[atis] augme[n]tu[m]. V[erumtamen] q[ua]ntu[m]cu[m]q[ue] sit
modica caritas, h[ab]et homine[m] nu[n]q[uam] p[otes]t vinci ab adv[er]sario demu[m] h[uius]
q[uia] cresc[it] bellu[m] cresc[it] adiutori[um] si homo faciat q[uod] i[n] se est.
Si aut[em] loq[ua]m[u]r de temp[tati]o[n]e q[ua]ntu[m] ad co[n]su[m]ma[ti]o[n]em victorie, sic no[n] p[otes]t
e[ss]e q[uod] h[om]o ex modica carit[ate] resistat temp[tati]o[n]i ma[xi]me, q[uia] no[n] pat[itu]r
ordo divine iustitie q[uod] ex victoria magni belli fiat amplific[ati]o
m[in]i[m]i. V[erumtamen] sicut ista duo no[n] co[n]ve[niu]nt s[ed] s[un]t v[ari]a, sic pos[sibi]le est q[uod] ex p[ar]va
c[ari]tate i[n] p[ri]nc[ipi]o temp[tati]o[n]ib[us] et mag[is] i[n] fine resista[t] magne temptatio[n]i.
Et it[erum] pos[sibi]le e[st] q[uod] ex p[ar]va c[ari]tate i[n] p[ri]n[cipi]o et i[n] fine no[n] resista[t] magne
temptatio[n]i, sic no[n] obviat illi due oppo[siti]o[n]es. S[ecund]o si loq[ua]m[u]r
de p[ar]va carit[ate] p[er] compa[rati]o[n]em ad vires li[beri] ar[bitrii] coop[er]ant[es], du[plices] su[n]t
op[inio]nes. Nam quida[m] dixeru[n]t q[uod] ex q[ua]ntulacu[m]q[ue] c[ari]tate p[otes]t quis re-
sist[er]e q[ua]ntecu[m]q[ue] temp[tati]o[n]i. Et quida[m] q[uod] no[n]. Et v[er]o h[oc] e[st] q[uia] de vir-
tute li[beri] ar[bitrii] adiuncta g[rati]a loq[u]i du[pliciter], v[e]l q[ua]nt[um] ad libert[a]te[m] nost[ram] v[e]l
q[ua]nt[um] ad viciu[m] difficult[atis] ad bonu[m] et p[ro]nit[atis] ad malu[m]. Si ergo loq[ua]m[u]r
de g[rati]a p[er] co[m]pa[rati]o[n]em ad libert[a]te[m] nost[ram], sic cu[m] ip[s]a no[bi]s de se sit lib[er]a
ad co[n]sentie[n]d[um] et p[er] g[rati]am sit lib[er]ata a s[er]vitute p[ec]c[at]i et cogi no[n] possit,
p[otes]t q[ua]ntecu[m]q[ue] temp[tati]o[n]i resist[er]e. Si a[u]t[em] loq[ua]m[u]r p[er] co[m]pa[rati]o[n]em ad viciu[m]
difficult[atis] et p[ro]nit[atis], sic no[n] p[otes]t resist[er]e impulsui temp[tationi]b[us] fortib[us]
nisi c[ari]tas adeo fortis sit q[uod] suo vigore q[ue] p[ro]nit[a]te[m] restituet a
malo et q[ue] difficult[a]te[m] attendat ad bonu[m]. Li[berum] eni[m] ar[bitrium] ex una p[ar]te
adiutu[m] adiutorio g[rati]e, ex alia p[ar]te corr[u]ptu[m] vicio co[n]cupisc[enti]e, q[uando]
excitat[ur] et i[m]p[u]lso p[er] temp[tati]o[n]um impetu[m] corr[u]mp[itu]r, s[ed] q[uod] mag[is] et mag[is]
fortit[er] excitat[ur], s[ed] h[oc] indiget maiori rep[re]ssio[n]e et d[i]v[er]sis co[n]sid[er]a[tioni]b[us].
Conced[en]di adhuc p[otes]t de c[ari]tate p[er] co[m]pa[rati]o[n]em ad li[berum] ar[bitrium] q[uod] q[ua]ntulacu[m]q[ue]
c[ari]tas p[otes]t resist[er]e q[ua]ntecu[m]q[ue] temp[tati]o[n]i, et q[uod] no[n] p[otes]t, quia si co[m]pa[re]t[ur]
ad d[ict]a[m] libert[atem], no[n] p[otes]t, si compa[re]t[ur] ad viciu[m] p[ro]nit[atis] et difficult[atis].
Et h[oc] meli[us] p[ate]t si quis co[n]sid[er]et et atte[n]dat et ex p[ro]p[r]io cog[nosc]at
statu[m] et co[n]flictu[m] ho[min]u[m] temptato[rum]. Ex h[is] p[ate]t resp[onsi]o ad q[uesti]o[n]em
p[ro]posita[m]. P[ate]t et [ultim]o v[er]o ad obi[ecti]a. Ad r[ati]o[n]es que p[ro]bant q[uod] q[ua]ntula[cumque]
c[ari]tas p[otes]t resist[er]e q[ua]ntecu[m]q[ue] temp[tati]o[n]i, p[ro]cedu[n]t de ip[s]a c[ari]tate p[er]
co[m]pa[rati]o[n]em ad d[ictam] ip[s]am adiuvat[ionem] et p[ro]mo[tione]m et p[er] co[m]pa[rati]o[n]em ad
no[stram] libert[a]te[m], sic intuenti appa[re]t. V[erumtamen] i[n]t[er] r[ati]o v[er]o q[uam] obi[icitur] de p[ec]c[at]o,
v[idelicet] q[uod] cu[m] d[icitu]r q[uod] q[ua]ntu[m]cu[m]q[ue] p[ar]vu[m] p[ec]c[atu]m suffic[it] ad expelle[n]da[m]
q[ua]ntamcu[m]q[ue] g[rati]am, h[oc] no[n] e[st] q[uia] p[ec]c[atu]m agat i[n] ip[s]am g[rati]am s[ed] q[uia] defi-
cit li[berum] ar[bitrium] defic[er]e a g[rati]e co[m]plem[en]to. Ex h[oc] a[u]t[em] no[n] p[otes]t i[n]ferri q[uod] p[ro]pt[er] h[oc]
q[ua]ntulacu[m]q[ue] g[rati]a sufficiat ad vinc[en]d[um] o[mn]e[m] temp[tationi]s impulsu[m],
q[uia] facili[us] e[st] defic[er]e q[uam] b[e]n[e]facere. Insuffic[ien]t[er] p[otes]t q[uod] q[ua]ntula[cum]q[ue] g[rati]a
expelle[re] p[otes]t o[mn]e p[e]cc[atu]m. Ad r[ati]o[n]es in q[uan]t[um] ad oppo[siti]o[n]em inducu[n]t[ur]
ma[n]i[fes]ta e[st] s[olutio] q[uia] p[ro]cedu[n]t eni[m] de ip[s]a c[ari]tate p[er] co[m]po[siti]o[n]em ad defectu[m] p[ro]nit[atis]
et diffic[ultatis], sic p[ate]t de 3[o] p[ro]b[lema]tib[us] ut p[er] co[m]pa[rati]o[n]em ad t[ermin]u[m] ut co[n]su[m]ma[tione]m
victorie cu[m] v[er]o d[ic]a[tur] p[ro]cedit mi[ni]mi et magni co[n]fli[ctus] q[ua]nt[um] ad expell[endum]

resistat temptationi magne quia non patitur hic ordo divine iusticie sic pertractu
est, et per hanc viam procedunt tres rationes ultime nostre conclusionis amplius hoc innovavi
quia rationes ille per se satis manifeste sunt pertractanti /// Constitutus teneatur
Secundo queritur utrum homo in quantulacumque caritate mortem pro Christo subire
Et quod non luce xix. Quicumque erubuerit me et meos sermones hunc
filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua. Sed Christus neminem erubescet
cum venerit in maiestate nisi pro mortali peccato Sed sententia generalis est. ergo quod omnes
mortaliter peccant qui in periculo mortis erubescunt ipsum dominum confiteri /
ergo omnes tenentur mortem pro Christo subire Item i. Jo. iii. Quoniam ille animam
suam pro nobis posuit et nos debemus pro fratribus animas ponere Sed ergo Christus
pro omnibus animam posuit videtur quod omnes tenentur et debent mortem pro ipso et
membris eius subire cum se obtulerit opportunitas loci et temporis
Item quilibet tenetur plus diligere deum quam omne creatum quantumcumque sit
imperfectus ergo quilibet tenetur pro honore dei et gloria preponderare se et sua cum
opportunitas temporis se offerit videtur quod quilibet teneatur mortem pro Christo subire
Item in eo pro amabilius plus diligendum est bona eterna quam temporalia sicut in eo
amabilius se meliora Sed unusquisque libenter dat eo quod minus diligit pro eo
quod magis diligit. Sed ergo omnes tenentur ad diligendum plus vitam eternam
quam temporalem videtur quod omnes teneantur ad diligendum plus vitam eternam quam temporalem
videtur quod omnes teneantur velle libenter morti exponere presentem vitam
ut lucrentur eternam Sed quod homo tenetur velle pro loco et tempore tenetur facere ergo
opportunitate se offerente videtur quod omnes tenentur mortem pro Christo subire Sed contra
Jo. xv. maiorem caritatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis
ergo mortem pro Christo subire videtur perfectionis maioris // Sed homines imperfecti non
tenentur ad opera perfectionis / ergo non omnes tenentur mortem pro Christo subire Item
Ro. 6. super illud humanum dico propter infirmitatem carnis vestre glosa Inveniuntur
aliqui qui proponunt iusticie dilectionem voluptati carnis propter iusticiam tamen
penas mortis formidant // Sed constat quod hic auctoritate apostoli ut dicit glosa
tales sunt huiusmodi iusticie ergo cum tales mortem refugiant videtur quod non
teneantur mortem pro Christo velle subire Item augustinus dicit et habetur in fine prologi
de perfecta caritate hec est ut si quis paratus sit pro fratribus mori Et hoc
apparet per hoc quod prelati tenentur ad maiorem perfectionem quam subditi Et
summa perfectio que a prelato exigitur est ut ponat animam pro subditis
hic dicitur Jo. x. bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Sed ergo imperfecti non
tenentur ad opera caritatis perfecte videtur quod non omnes teneantur pro Christo et eius
membris mortem subire Item magis est mortem pro Christo subire quam
omnibus temporalibus abrenunciare sed non omnes tenentur terrena omnia relinquere
ergo non omnes tenentur mortem pro Christo subire cum sit maioris perfectionis sit
patet per hoc quod dicit gregorius Non magnum est abnegare quod habes Sed magnum est
abnegare quod es. Sed constans est quod multo magis est abnegare seipsum
quam sua et dare corpus vitam quam terrenorum substantiam Responsio ad primum corpus
intelligendum est non quod subire mortem interdum placendi deo habet preceptum
Secundo quam adeo necessitabiliter defendi iusticiam vel amittendi vitam Secundo
quando se offert opportunitas manifesta divinam gloriam et edificationem aliorum Sed Jo. dicit hoc

Constitutus
Nota

Responsio
Necessitas
Oportunitas

Desperabilita

q vita sua ht exposa[illegible] e iustice necci [illegible] pfcoib z supeova-
tom e scut z crude. [illegible] augg illos qui semetipos pforant
pforant z cu precipicio collidut ppr nite puts odui dt ee et
scelatissimos homicidas. [illegible] Jo. xii. Qui odit aiaz sua
i hoc mundo i vita etna custodit ea. [illegible] go quit. Utz os teneant
morte p xpo subire. [illegible] q ploco z tpe u ts opto dasut q
iustia desat ut q vita pdat i omb qutuncuqz sint impfti
tent morte subire z pelige magis deo dilco mori qu ipo of-
fenso vivere u no ts necitas no imminet n dat opto tn
offert se optunitas mars d dina glam z edifict eccam si
ho se morti expoat morte subire e pfcoib z supevogonib
ad qua no omb tent p xpo. Et sicut ra procedut rons ou
q no omb tent morte p xpo subire z ist tcre. Ad i q
ultio o de abrenunc subere tpib z pressioe mort. Undi pt
q ita i cau neci te omia tpalia desere cuilz hom sicut z
morte subire ymo multo fortius. Un hoc da intelli p locu a
mori z ita vo illa fit z alieno cogit u put simpr int. ita q ho
mera no te pmptus e tpalia abrenu z morte subire. Ad i ud
q p o i q u q demq i periculo mort nou q cofited. [illegible] q
vir e si sunq i neci te potti q cofiti optat ut negad. sz pt e
men mt h tr sumpstus pt subterfuge z seipm occultare. [illegible]
exp hc dd noy q erubesce. sz tuc erubesce de qu timore mort
negat ipm xpm. no quinis omb teneant ad hoc q nuq neget
no tn exp hoc pt cocludi q omb simpr teneant ad hoc ad pfe-
vida morte u mtuete supdca neci. Ad i q o q qr posuit
aiam sua p nob nos demq p fratrib aias poni. [illegible] q e debit
necit z e debitu cognit sine debitu ad quod obligamur.
z debitu ad qd amonemur [illegible] at Jo. no mt de debito
pmo. sz de debito 2o q mags spat ad supevogom qu ad
necia z gnali obligom. Ad i q o q quilz te plq dilige du
qu ome catu. [illegible] q vir e virtutu exp hoc no se q ho teneat p xpo
desere ome catu qr pt simul hre xpm z catura qua diligit.
pt em ho simul fruar corp vita z dei amicit. qr no oz n
exigit hoc lex necit te cal q ppr di dilcom sustineat qs
morte u incidat i cdrarm neci te qua se apreat cu ut xpm
negare ut morte sustinere. Ad i q o ultio q ho libet dat e
q mng diligit pco q magis dilit. [illegible] q vir e si i aliud adipisci
no possit z qm pt ho adipisci vita z pt mny tollancia. io
no se q omb teneant velle p xpo mori simpr. sz sub gdone
vz si aliud ei placere no possit. z hoc som e i arlo pcete neci.

Tercio quit utz pfcam carite hntes teneat ea qst pfcoib
implere. Et q e mt c. v. Estote pfcti sic z pr ur pfcus est. te.
hoc dd aplis z aplicis viris. g ut q os ivi pfci teneat ad ea qst pfco.

Item Gregorius in quadam omelia: Cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Unde et auctoritas dicit quod cui plus committitur plus ab eo exigitur. Ergo cui committitur perfecta caritas, cum deus exigat actum convenientem habitui, videtur quod ille teneatur ad opera perfectionis. Item sicut se habet caritas imperfecta ad opera simpliciter iustitie, sic se habet caritas perfecta ad opera iustitie consummate. Sed habens caritatem imperfectam tenetur ad ea que sunt simpliciter iustitie; ergo videtur quod habens caritatem perfectam obligetur ad opera perfectionis. Item caritas aut proficit aut deficit; sed habens caritatem tenetur non deficere, ergo tenetur proficere, cum non sit medium. [illegible] Qui autem habet perfectam caritatem non potest proficere nisi in operibus perfectis; ergo videtur quod omnis in quo est perfecta caritas obligetur ad opera perfectionis. Sed contra Matthei xix: Si vis ad vitam ingredi serva mandata; ergo ex sola observantia mandatorum videtur quod homo possit pervenire ad salutem; ergo non videtur quod ad ea obligetur que sunt caritatis perfecte. Item Luce iii: Qui in non offendit in verbo hic perfectus est vir. Sed nullus tenetur ad hoc quod non offendat in verbo quantumcumque sit perfectus; ergo propter perfectam caritatem non obligatur quis ad ea que sunt perfectionis. Item quanto aliquis in maiori caritate constituitur tanto plus habet de libertate spiritus, et quanto plus habet de libertate spiritus tanto paucioribus invenitur obligatus; ergo perfectus non tenetur ad plura quam tenetur imperfectus quantum est de perfectione caritatis. Si ergo imperfecti non astringuntur ad opera perfectionis, videtur a maiori quod nec illi debeant astringi qui sunt in caritate perfecta constituti. Item status caritatis perfecte non excedit caritatem imperfectam in infinitum; cum ergo mortale excedit veniale in infinitum, quod est [illegible] perfecto non est mortale perfecto quod prius est de [illegible] status; ergo videtur quod perfecta caritas obliget hominem ad opera perfectionis. Si enim obligaret, iam videretur quod perfectus minus esset [illegible] conditionis quam imperfectus. Responsio: ad predictorum intellectum est notandum quod multiplex est genus perfectionis et multiplex est modus obligandi. Quinque enim perfectionis genera consuevimus distinguere. Una est perfectio sufficientie que consistit in adimpletione mandatorum, et de hac Matthei v: Estote perfecti sicut et pater vester celestis perfectus est. Secunda est perfectio religionis que consistit in observantia consiliorum, et de hac dicitur Matthei xix: Si vis perfectus esse vade et vende omnia. Tertia est perfectio prelationis que consistit in regimine subditorum, et de hac habetur Luce vi: Perfectus omnis erit si sit sicut magister eius. Quarta est perfectio operationis que consistit in extensione exemplorum, et de hac dicitur Genesis ix: Noe vir iustus atque perfectus in generationibus suis. Quinta est perfectio tranquillitatis que consistit in consummatione difficillimorum et optimorum; Johannis iiii: Perfecta caritas foras mittit timorem. Et Philosophus dicit quod perfecta virtus optimorum est operativa. Similiter intelligendum est quod quinque modis obligatur aliquis ad aliquid. Sunt genera obligationis: prima est propter mandatum divinum, secunda est propter votum emissum, tertia est propter officium susceptum, quarta est propter vitandum scandalum, quinta est propter consuetudinem [illegible]. Cum ergo queritur utrum homo in caritate perfecta existens teneatur ad opera perfectionis, dicendum quod si perfectio accipiatur primo modo, scilicet pro perfectione iustitie que consistit in impletione mandatorum, sic obligatur ad illam perfectionem sicut et alii, et eo magis de bono et equo quo magis percepit donum per quod possit implere divinum mandatum. Si autem loquamur de aliis generibus

perfectionis

R°

Perfectionis:
Sufficientie
Religionis
Prelationis
Operationis
Tranquillitatis

Ad 3m q(uod) no(n) obligat(ur) ho(mo) ex eo q(uod) e(st) i(n) p(er)f(ec)ta ca(rita)te ad id q(uod) no(n) e(st) ex obligacione
divini ma(n)dati nec al(iu)d obligat(ur) nisi i(n)ducat aliq(uo)d vinculu(m) seq(ue)ns
v(idelicet) votu(m) p(er) quod oblige(tur) ad p(er)fectio(n)em religio(n)is v(e)l offi(ci)u(m) susceptu(m)
p(er) quod obligat(ur) ad p(er)fectio(n)em p(re)lacio(n)is v(e)l scandalu(m) vita(n)d(um) eo q(uod) obligat(ur)
ad p(er)fectio(n)em op(er)acio(n)is v(e)l co(n)sc(ienti)e d(i)c(t)ame(n) p(er) q(uo)d oblige(tur) ad p(er)fectio(n)em
tra(n)quillit(atis)/ his e(n)i(m) i(n)cide(n)tib(us) sup(er)i(n)ducat(ur) nova obligac(i)o
ad h(uius) g(e)n(er)a p(er)fectionu(m) p(re)d(i)c(t)ar(um) s(ed) stat(us) carit(atis) q(ui) e(st) de se n(e)c(essit)atis
obligacio(n)em no(n) adducat sic v(er)o q(uod) ad hac p(ar)te s(un)t ostendit e(ss)e
co(n)cedi p(otes)t/ Ad 4m d(icendu)m q(uod) o(ste)n(ditu)m (est) de a(n)c(toritat)e d(omi)ni i(n) ar(gumen)tu(m) p(ro)b(atu)r v(er)um
q(uo)d d(icitu)r de p(er)f(ectio)ne i(n)stitie (et) sufficie(n)tie ad qua(m) obligant(ur) om(ne)s t(antu)m
p(er)f(ec)ti q(ua)m i(m)p(er)f(ec)ti/ Ad 5m d(icendu)m q(uod) o(ste)n(ditu)m de a(u)c(toritat)e G(regorii)/ q(uod) sicut cr(e)scunt do(n)a
sic cr(e)scunt r(ati)o(n)es donor(um). Ad 6m q(uod) h(ic) v(er)u(m) e(st) q(uan)tu(m) ad ea q(ue) s(un)t n(e)c(essit)at(is)
Ib q(uod) d(icitu)r/ q(uod) r(ati)o(n)es donor(um) cr(e)scunt/ h(oc) d(icitu)r q(uia) de(us) p(lu)s exigat no(n)
ab homi(n)e t(ame)n q(uo)d p(o)t(es)t s(ed) q(uo)d exigit de bono (et) eq(uo)/ ita q(uod) illa exige(n)tia
no(n) i(n)ducat te(n)c(i)o(n)em n(e)c(essit)at(is) s(ed) co(n)gruit(atis) (et) eius obmissio no(n) i(n)ducit
culpa(m) mortale(m) s(ed) veniale(m)/ Ho(m)i(ne)s aut(em) no(n) solu(m) exigit r(ati)o(n)em de mortalib(us)
s(ed) (et) de venialib(us) h(oc) e(st) q(uod) d(icitu)r M(a)t(thei) xii q(uod) homi(ne)s reddet r(ati)o(n)em de om(n)i
v(er)bo ocioso/ Ad 7m d(icendu)m q(uod) o(ste)n(ditu)m/ q(uod) sic se h(abe)t caritas i(m)p(er)f(ec)ta ad op(er)a simp(lic)it(er)
i(n)stitie (et)c. Ad 8m q(uod) no(n) e(st) sil(itu)d(o)/ q(uia) caritas i(m)p(er)f(ec)ta ordi(n)at(ur) ad op(er)a
simp(lic)it(er) i(n)stitie no(n) p(ro)p(te)r ip(s)i(us) carit(atis) statu(m) s(ed) p(ro)p(te)r divi(n)u(m) ma(n)datu(m) s(ed) no(n) sic
e(st) de op(er)ib(us) p(er)f(ec)tio(n)is q(uia) no(n) cadu(n)t sic sub p(re)cepto s(ed) mag(i)s sub a(m)mo(ni)c(i)o(n)e
(et) co(n)silio/ Ad 9m d(icendu)m q(uod) o(ste)n(ditu)m/ q(uod) h(ab)ens carit(at)e(m) p(er)f(ec)ta(m) p(er)f(ec)ci(us) Ad 10m q(uod) caritas d(icitu)r
dup(lic)i(te)r p(er)f(ec)ta/ Uno mo(d)o p(ro)p(te)r multip(lic)ac(i)o(n)em bonor(um) op(er)um/ Alio mo(d)o p(ro)p(te)r ip(s)i(us) carit(atis)
augme(n)tu(m) (et) p(ro)g(re)ssu(m) ad ult(er)iore(m) statu(m)/ Cu(m) (er)go d(icitu)r/ q(uod) ho(mo) te(neta)r p(er)f(ec)ta
i(n) carit(at)e (et) q(uod) caritas a(u)t p(er)ficiat a(u)t deficiat/ Si i(n)telligat(ur) de p(er)f(ectio)ne qui
co(n)sistit i(n) ip(s)i(us) carit(atis) augme(n)to (et) i(n)creme(n)to/ sic no(n) h(ab)et v(er)itate(m)/ q(uia) caritas no(n)
auge(tur) i(n) homi(n)e co(n)ti(nue)/ Si v(er)o i(n)telligat(ur) de p(er)f(ectio)ne qui co(n)sistit i(n)
bonor(um) op(er)um multip(lic)ac(i)o(n)e (et) i(n)stitie exercitac(i)o(n)e sic v(er)itate(m) h(abe)t
Ex ist(is) p(at)e(t) p(er)f(ec)tio ca(ritatis) v(e)l no(n) t(ame)n atte(n)d(itu)r i(n) i(m)pleta(cio)ne co(n)silior(um) (et) op(er)um
p(er)f(ec)tor(um) s(ed) (et)i(am) i(n) obs(er)vac(i)o(n)e ma(n)dator(um)/ (et) i(de)o ex h(oc) no(n) p(otes)t co(n)cludi
homo i(n) p(er)f(ec)ta carit(at)e co(n)sist(en)s ad op(er)a p(er)fectio(n)is n(e)c(essit)at(er) obligatu(r)

Deinde q(ueri)t(ur) utr(um) om(ne)s tenea(n)t(ur) dilige(re) i(ni)micos q(uan)tu(m) ad aff(ectu)m.
Et q(uod) sic v(idetu)r/ Levit(ici) xix. Diliges amicu(m) tuu(m) sic teip(su)m. Sup(er)
quo d(icit) Aug(ustinus)/ q(uod) no(m)i(n)e p(ro)x(im)i (et) amici i(n)telligu(n)t(ur) om(ne)s ho(mine)s. s(ed) q(uod) ip(s)e d(omi)n(u)s
i(n)n(u)it Luc(e) x/ (er)go sic p(re)ceptu(m) datu(m) e(st) om(n)ib(us) cu(m) om(ne)s tenea(n)t(ur)
aff(ect)u dilig(er)e s(e)c(un)d(u)m q(uod) om(ne)s tenea(n)t(ur) aff(ect)u dilig(er)e i(ni)micos. It(em)
M(a)t(thei) v. Si diligitis eos qui vos diligu(n)t qua(m) m(er)cede(m) h(ab)ebitis/ Gl(os)a
nulla(m) i(n) c(o)elo/ (er)go qui t(antu)m h(abe)t dilec(ti)o(n)em v(er)us diligentiu(m) se no(n) h(abe)t carit(at)e(m)
cu(m) caritas no(n) possit e(ss)e si(n)e m(er)cede g(lorie) ad h(oc) q(uod) al(iqu)is h(ab)eat carit(at)e(m)
n(e)c(ess)e e(st) q(uod) ip(s)i(us) caritas ad eos qui odiu(n)t se ext(en)dat. It(em) s(ecundu)m i(d)
Luc(e) vi. Diligite i(ni)micos v(est)ros. Gl(os)a i(n)t(er)li(nealis) no(n) suffi(cit) no(n) odisse. s(ed)
om(ne)s te(nentu)r ad id q(uod) suffi(cit) ad salu(tem) (er)go om(ne)s te(nentu)r no(n) solu(m) ad no(n)
odi(en)d(um) i(ni)micos s(ed) (et) ad ama(n)d(um). It(em) nulli de(us) dimitt(it) p(e)cc(atu)m n(is)i ip(s)e
dimittat p(ro)x(im)o s(ed) q(uod) d(icitu)r M(a)t(thei) vi (et) xviii. Si nemo dimit(it) p(ro)x(im)o ex corde

nisi ipsum diligat affectu quo nemo potest aput deum veniam mereri
offendentes se diligat ex corde. Item plus diligendus est proximus
quam corpus proprium, ut ad adversa magis et inimica spiritui quam ipsa
caro. Circa quintum quilibet teneatur inimicum carnis sue diligere videtur quod tenea(tur)
inimicum suum affectu amare. Item sicut culpa est detestanda sic ergo
deus est diligendus. Sed quantumcumque homo diligatur tantum tenetur homo detestari eius
culpam, ergo quantumcumque per culpam adversatur tantum tenetur diligere eius inimicum.
Sed contra Mathei v: audistis quia dictum est antiquis: diliges amicum tuum et
odio habebis inimicum tuum. Sed ad nova moralia obligamur non tantum ad que
non obligaverint antiquos in lege, ergo si tunc non tenebantur ad diligendum
inimicum sed postea ad addendum videtur quod non omnes tenentur tantum inimicos diligere.
Hoc probatur quia super illud Mathei xiiij de v panibus dicit glossa: non alia quam que scripta
erant per prophetas sed legem et prophetas mysteriis fecunda esse demonstrat.
Et item Exodi xxv fecit propiciatorium fusile quinque cubitorum, id est glossa: quinque pre-
ceptis in lege omnia que facere debemus deus exposuit. Sed ergo in novo pre-
ceptorum continetur dilectio inimici ut ad quod obligamur modum ad
quem non obligaverunt antiqui videtur. Contra Luce vi: diligite inimicos vestros,
ibi glossa: hoc perfectorum est. Et item ad [illegible] glossa id est circa hoc non lacte nutrit
quod est simplicium et imperfectorum sed validiori cibo caritatis roborat.
Sed adeo quod perfectis solum non omnes tenentur, ergo non omnes tenentur diligere
inimicos. Item super illud prius vincula oculos inimicos et consilio mira de-
lere glossa: ut mirabilius est in mandatis quam diligere inimicos, sed non omnes
tenentur ad faciendum miracula, quia sicut dicit Augustinus virtutes et miracula facere
non omnibus datum est. Item Augustinus dicit et habetur in De penitentia non actu est de ordine
caritatis sufficit quod inimicos odio non habeamus, ergo videtur quod non omnes tenentur
diligere inimicos ex corde. Ad hoc ad perfectorum intelligentiam est notandum
quod hic duplex est virtus modus. Secundum namque dicere volunt quod dupliciter
eloquitur de inimicis. Aut in statu in quo exercet inimicitias. Aut in statu in quo
penitet et petit veniam. Si in statu in quo veniam sic omnes tenentur
ad diligendum inimicos propter illam condicionem quam dominus ponit in oratione dominica
Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et cum homo homini servat
iram, frustra a deo querit medelam sicut quod dicitur Ecclesiastici xxviij. Cum autem
loquimur de inimicis prout sunt in statu et in actu ledendi et inimicitias ex-
tendi, sic dicere volunt quod affectu diligere inimicos non est necessitatis
sed magis perfectionis, ut dominus hoc precipit sed magis consulit, et ista opinio
quorumdam ut ponitur in littera. Sed si intus consideret, hoc ponunt improprie
dicitur, pro eo quod hanc auctores sanctorum expresse dicunt et ipsa ratio aperte convincit.
Non est caritas vera nisi diligat omne diligendum. Diligendum autem a caritate est omne id
quod est possibile ad beatitudinem pervenire, ideo non habet aliquis caritatem nisi diligat
omnes illos qui sunt in statu vie sive sint amici sive inimici. Unde
psalmus dicit: latum mandatum tuum nimis, quia mandatum caritatis ad omnes se exten-
dit. Sic longitudo mandati se extendit ad omnia divina tempora, sic latitudo
ad omnem proprium hominis viatoris. Unde sicut aliquis non haberet caritatem si supponeret

Elicitus

Imperatus

in vno solo die preteriret in aliis benefacere quia deficit a longitudine mandati.
Sic esto quod ab omnibus hominibus diligatur preter vnum solum quem a dilectione
excludit caritatem non habet quia deficit a latitudine illius mandati. Pro
aliquibus notandum quod diligere affectu est duplex. Sicut quod duplex est affectus amoris.
quidam a caritate elicitus et quidam a caritate imperatus. Ille est affectus amoris a
caritate elicitus quo quis optat alii suum bonum siue beatitudinem eternam. Ille
vero est affectus imperatus quo quis optat alii bonum temporale et prosperitatem transi
toriam. Amor enim caritatis facit quod homo velit alii omne bonum videlicet spirituale bonum
sed et temporale nisi id sit impediens ad salutem. Si ergo loquimur de primo af
fectu a caritate elicito dico quod omnes tenentur inimicos et actu inimicantes
diligere et eis vitam eternam optare. Si autem loquimur de affectu imperato
quo quis optat alii prosperitatem temporalem sic non omnes tenentur diligere sed sufficit
non odisse. Et hoc est quod dicit Ambrosius sufficit quod inimicos diligamus et non
odio habeamus. In quo innuit quod cum duplex sit caritatis affectus vno tenemur
diligere, altero non sufficit non odisse. Vnde ad non gaudendum [?] inimicos et non
gaudendum de malo corporis omnes tenentur. Sicut dicitur Proverbiorum xxiiii cum ceciderit
inimicus tuus ne gaudeas. Et Ecclesiastici viii noli de inimico tuo mortuo
gaudere. Diligere non omnino quantum ad affectum elicitum et imperatum optando
ei bona eterna et temporalia hoc perfectionis et supererogationis. Diligere vero ad
bona eterna hoc necessitatis est et precepti et ad hoc omnes generaliter se obligant
tam perfectum quam imperfectum sicut rationes que ad primam partem inducuntur ostendunt
et ideo concedende sunt. Ad illud ergo quod primo obicitur quod dicitur Matthei v diliges amicum
tuum et odio habebis inimicum tuum. Vnde dici potest duplex. Primo quod hoc lex non
precipit odio habere inimicum sed ipsi iudei hoc arguebant a contrario sensu
quia cum precipiebatur eis diligere amicos arguebant ex hoc quod debebant
odire inimicos. Aliter vero dici potest quod est odium affectus et odium effectus et
iterum est inimicus extra fidem et inimicus plebis. Cum ergo lex iubebat
inimicum odio esse habendum hoc intelligitur de odio affectus et de inimico extra
cultum dei. Odio non effectus neque etiam precipiebat odire nec inimicum
plebem nec inimicum extra. Inimicum autem plebem non precipiebat odire nec
odio affectus nec odio effectus immo potius obligabat ad dilig
endum sed non erat tunc ita expressum, vnde et dominus explicauit in Matthei v.
Ad secundum cum arguitur quod non omnes tenentur diligere inimicos. Ad illud
quod obicitur quod hoc perfectionis est vnde videtur aliquis quod intelligitur de dilectione affectus
et effectus non de dilectione affectus tantum. Sed vtrum hoc sit verum in sequenti
plenius declarabitur. Vel aliter dicendum quod si intelligatur de affectu elicito
et imperato perfectionis est. Si non de affectu elicito tantum generaliter necessitatis.
Glosa non loquitur de dilectione cuius aduersus peccatores morum [?]. Ad illud quod obicitur quod diligere
inimicos est miraculum. Dico quod miraculum dicitur id quod est supra facultatem nature. Hoc autem potest
esse duplex sicut quod est corporis nature simpliciter et nature vniversalis. Facere autem miracula supra posse
nature hoc est per gratiam gratis datam quam vocat apostolus operationem virtutum et hec non
omnibus est data. Facere non miracula supra posse nature vniversalis hoc est per
gratiam gratum facientem vtpote per fidem et caritatem. Per fidem enim credimus multa
que non possumus credere secundum ea et que videntur infidelibus impossibilia
credibilia, et per caritatem amamus ea que videntur caritatem non habentibus odibilia.
Et hec miracula inueniuntur in lege diuina et datum est eis facere eis quod volunt

in se suscipe gravamen contumelie Et per totum non potest argui quod non teneamur
ad dilectionem inimici, hoc enim est ad consequendum maius quam id de quo loquitur Augustinus
Ad id quod obicitur de auctoritate Ambrosii, quod sufficit si odio non habeamus, dicendum quod auctoritas
illa veritate innititur. Dicit enim hic duo simul sufficit si simpliciter diligamus
et non odio habeamus, que duo valde notabiliter dicit. Et duplicem affectum di-
lectionis innuit et ad confirmationem facit predicte rationis per quam auctoritas illa
satis clare potest intelligi. Diligere inimicos quantum ad effectum

Quarto queritur utrum omnes teneantur. Et quod sic videtur primo auctoritate veteris testamenti Exodi
xxiii Si videris asinum odientis te iacere sub onere non pertransibis
sed sublevabis cum eo. Et hoc ipsum dicitur Proverbiorum xxv. Si esurierit inimicus
tuus ciba illum, si sitit potum da illi. Si ergo mandata ista omnibus proponebantur
videtur quod omnes tenebantur diligere inimicos quantum ad effectum. Item hoc videtur ex
auctoritate novi testamenti Matthei v. Diligite inimicos vestros benefacite hiis qui oderunt
vos et orate pro persequentibus vos; ubi dicit quedam glossa: multi mores peccatorum
etiam in odio, verbis, cruciatu corporis, quod etiam facit tamen diligit, benefacit et
orat. Ergo non est membrum ecclesie qui non diligit et amicos affectu, ergo omnes
tenentur istos diligere. Item hoc videtur per Romanorum xii dilectio affectus sine dilectione
effectus non est dilectio vera, probatio enim dilectionis exhibitio est operis. Si ergo
vera dilectione omnes tenentur inimicos diligere videtur quod omnes teneantur non solum
affectu sed et effectu inimicos amare. Item principiis contrarior est inimicus talis vera
contrariorum oppositio quia sed contrarium verum repugnante tenentur iuvare et
fovere quantum ad eum. Nunc ergo si magis tenentur proximos diligere multo
fortius quod de amicos non solum affectu amare sed et effectu eos iuvare et
fovere et beneficia eis communicare. Item non solum sunt homines vindictam de alio
inflicendo malum sed et subtrahendo bonum sed omnes tenentur non querere ultionem
sicut quod dicitur Levitici xix et ad Romanos xii non vos vindicantes ergo omnes tenentur
non subtrahere aliquod bonum propter acceptam iniuriam. Si ergo omnes tenentur
diligere eos eos qui non sunt inimici affectu patet et effectu videtur quod similiter omnes
utroque modo teneantur inimicos diligere. Sed contra frequenter precipitur in lege quod ipsi
interficiant inimicos suos, sicut precipitur Exodi xxiii Non inibis cum eis fedus
etc. Ergo videtur quod in veteri lege non tenebantur inimicos diligere quantum ad effectum
ergo pari ratione nec imperfecti in novo. Item super illud Matthei v Diligite inimicos vestros
dicit quedam glossa: Cumulus perfectionis est diligere inimicos et orare pro ipsis.
Si ergo non omnes tenentur ad cumulum perfectionis non omnes tenentur inimicos di-
ligere effectu. Item Augustinus in enchiridion et habetur in littera quod diligere inimicos et benefacere
eis non est tantorum quanti exaudiuntur in oratione dominica. Si ergo in oratione
dominica non exaudiuntur nisi boni videtur quod non omnes boni teneantur inimicos
diligere affectu patet et effectu. Item hoc ipsum videtur per verbum philosophi, si oppositum in opposito
et propositum in proposito. Cum ergo amicus sit benefaciendus per relocationem videtur quod inimicus
sit malefaciendus. Item videmus in omni re tam animata quam inanimata
quod inimicitia est causa pugne, sic amicitia est causa concordie. Si ergo necesse est
facere contra naturale rectitudinem videtur quod magis sit verum secundum rationis ordinem inimicos
expugnare quam eos adiuvare. Ergo non videtur quod omnes teneantur ipsos effectu
diligere. Ad primum ad predictorum intellectum est notandum quod sicut hic est duplex modus diligendi
et voluntate quod et si diligere inimicos affectu sit necessitatis ita quod ad id obligamur.

S. R°

tam perfecti quam imperfecti, diligere tamen affectu generali et effectu supererogationis
et perfectionis est, non ad id obligantur imperfecti sed tantum perfecti. Secundum istum modum dicendi
in tempore excluditur repugnancia prima quidem quia eodem mandato praecipitur
diligere inimicos et eis benefacere. Ergo mandatum illud generale est, cum quo generaliter
omnes obligentur ad utrumque, sed et ita perfecti quam ad obligationem quae est per mandatum
ad id obligantur ad quod non obligantur imperfecti, quia mandatum dei omnibus
generaliter proponitur. Ergo per illud mandatum obligantur perfecti ad diligendum inimicos
tam affectu quam effectu, et similiter de imperfectis, id est esse dictum. Item si dilectio
vera non tantum consistit in corde sed et manifestatur in opere, dicere est quod certe tamen
obligantur ad diligendum corde, non autem ad diligendum opere cum se offert
loci et temporis opportunitas, id est videtur dicere ac si teneantur inimicos diligere
ficte. Patet quod dilectio inimicorum clauditur in mandato de dilectione proximi
et constat quod mandatum illud movet quantum ad affectum et effectum et ad id mandatum
omnes obligantur. Et propter praedicta videtur non potest hoc locum habere alio modo dicendum
quod diligere in effectu exteriori hoc potest esse dupliciter: vel quantumcumque se offert temporis
opportunitas, vel quando incumbit necessitas. Si loquimur de exhibitione operis
exterioris generaliter cum se offert temporis opportunitas, sic diligere inimicos
effectu eminentis est perfectionis. Si autem loquimur de exhibitione operis quando
incumbit necessitas, sic diligere inimicos effectu est generalis et necessitatis obligationis,
quia si quis videt proximum suum sive amicum sive inimicum necessitatem habere
et claudit viscera sua ab eo, non (secundum Iohannem) caritas manet in eo, licet Tobiam amplius non est caritas
dei in eo. Sic igitur patet quod sic diligere affectu unos necessitatis est, alios perfectionis;
sic diligere effectu unos necessitatis, alios perfectionis et supererogationis. Et si hoc
modo intelligitur, possunt solui diversae auctoritates sanctorum quae videntur obviare de dilectione
inimicorum. Tunc hinc patet primo ad quaestionem propositam, patet et per magis pati
primo ad obiecta, vel ad voces quae ostendunt quod omnes teneantur inimicos
suos diligere effectu, intelliguntur in casu necessitatis. Et voces vero quae ad oppositum inducuntur
intelliguntur de exhibitione operis magis generaliter, scilicet cum se offert
opportunitas congrua. Ad illud vero quod obicitur quod si benefaciens est amicus, quod malefaciens
est inimicus, dicendum quod non sequitur propter hoc quod amicus non semper benefaciens est proprie dictus in
quo repugnat inimico, unde et proprie dicitur in quo conveniunt, scilicet quod sit ad ymaginem dei, unde sic arguit non valet: album est visibile, ergo nigrum
est invisibile, quia album est visibile per id in quo communicat cum nigro. Sic hic vero
in praemissa. Ad illud quod obicitur quod contra ordinem naturae est inimicitia, inducitur exemplum, dicendum quod
unum est inimicitia ordinata et secundum ordinem naturae, sicut calidi inimicatur
frigido et humidi sicco, sed illa inimicitia potest naturae ordinem et non est pugna
hominum sed magis quam vim; talis autem est in hominibus, quia cum homo sit animal mansuetum
naturaliter secundum naturalem ordinem cum omnibus debet habere pacem et concordiam, unde in
inimico suo non debet homo odire naturam sed suam culpam, quia non praecipitur ipsum naturam
quam fecit deus, sed maliciam quam fecit homo, ut dicit Augustinus. Cetera autem quae opponuntur
satis manifestantur per ea quae dicta sunt. | maioris perfectionis et meriti utrum

Sexto et ultimo quaeritur quod sit | diligere amicum an diligere inimicum.
Et quod diligere inimicum videtur quod vero. Si diligitis illos qui vos diligunt,
quam mercedem habebitis? Glossa: nullam in caelo. Sed constat quod de dilectione inimicorum

creaturas ita diligit, sed omnes creaturas cognoscit equaliter, non magis unam quam
alteram. Ergo omnes equaliter diligit. Item sicut limpiditas cognitionis se habet
ad eius nobilitatem sic magnitudo dilectionis se habet ad eius commendationem. Sed quia
cognitio dei nobilissima omnem creaturam limpidissime cognoscit, ergo similiter cum
dilectio dei sit excellentissima omnem creaturam maxime diligit. Ergo si in
maximo non est ponere magis et minus videtur quod equaliter amet cuncta que
diligit. Sed contra Augustinus dicit et habetur in littera quibus digne exprimat quantum deus
diligat membra unigeniti filii sui et quanto amplius ipsum unigenitum.
Sic ergo amplius diligit unigenitum quam ipsius membra. Videtur quod non omnia equaliter
diligit. Item deus diligit bonos quia boni; ergo magis bonos magis diligit,
sed non omnia sunt equaliter bona, ergo non omnia sunt a deo equaliter dilecta.
Item caritas nostra est ordinata si ergo ordo est de eius complemento, videtur multo fortius
quod caritas summe et increata sit rebus diligendis ordinate cum ipsa sit exemplar caritatis
create. Si ergo deus diligit res ordinate videtur quod non equaliter. Item sicut deus diligit

S. R°.

sic hic dona sua distribuit, sed non omnibus equaliter dona sua distribuit ergo non omnes
equaliter diligit. Item si equaliter omnes diligit equaliter omnium misereretur sed
non equaliter omnium miseretur ymo cum vult miseretur et quem vult indurat
ergo non equaliter diligit omnes creaturas. Respondeo dicendum quod de dilectione dei est loqui dupliciter
videlicet secundum essentiam et secundum efficaciam sive secundum actum essentialem et secundum effectum consequentem. Si loquimur
de dilectione quantum ad essentiam sive quantum ad actum essentialem sic non tamen equali
dilectione diligit omnia ymo tamen uno et eodem actu simplici et indivisibili non
variato nullo multiplicato que quidem est divina usia diligit se et omnia
alia. Si vero loquimur de dilectione quantum ad efficaciam sive quantum ad effectum
consequentem sicut cum effectus ab ipsa dilectione dei procedentes sunt ordinati et sese
excedentes dicendum est quod deus non omnes creaturas diligit equaliter. Aliter potest
dici et quod videtur quod cum diligere idem sit quod velle bonum equalitas dilectionis
potest attendi dupliciter aut ex parte actus volendi aut ex parte boni voliti. Si
ex parte actus volendi sic omnia diligit equaliter quia non magis intense

Bonum

vult deus alicui vel quam alteri ymo ipso summo amore suo vult bonum
cuicumque vult. Si autem ex parte boni voliti sic cum maius boni velit uni
quam alteri non est dicendum quod omnia diligat equaliter sed quedam maiori quedam vero
minori secundum quod vult quantitatem alicui bonum parvum vel magnum vel maiorem vel
minorem. Et quia si ista via procedunt rationes ostendentes quod deus non diligat omnia
equaliter sic aspiciuntur patet ideo sunt concedende. Unitum vero quod supra est ex ordine
creaturis nec non valet quia dilectio nostra diversis motibus movetur et diversa dilig-
-ibilia qui putant esse intensi et remissi. Non sic autem est ex parte dei. Ad id ergo quod obicitur

|

de Sap. vi. quod equaliter est ei cura de omnibus dicendum quod equalitas illa non
excludit ordinatam boni collationem sed excludit personarum acceptionem
que quidem est inequalitas non solum deficiens ab unitate equalitatis unum et a
pulchritudine ordinis et ideo reprehensibilis est ut habetur in deo reperiri. Ad id quod obicitur
quod prima causa uno modo se habet ad omnia dicendum quod illud verum est quantum ad id quod est
ex parte dei sed tamen creature sicut ipse dicit non uniformiter se habent ad ipsum et
quamvis diligere dei non tamen dicitur quod est ex parte ipsius sed et effectum causatum hinc est quod
voluntas illius potest attendi inequalitas. Ad id quod obicitur quod eadem dilectione diligit
deus filium suum et creaturam dicendum quod quamvis dilectio sit eadem quantum ad rationem
principii significati tamen connotatum est aliud et aliud. Nam cum dicitur quod diligit filium non connotatur
ibi aliquod bonum causatum ymo notatur collatio boni summi et infiniti. Cum
vero dicitur quod diligit creaturam notatur collatio boni causati et finiti et ex
hac parte dicendum est quod inequalitas potest attendi. Ad id quod obicitur quod sic cognoscit
sic diligit dicendum quod si diligere accipiatur pro ipso diligendi actu sic verum est habet
quia idem est deo diligere et cognoscere. Si vero pro connotato effectu sic non habet veritatem
quia cognoscere non connotat effectum sicut diligere et ideo non potest attendi gradus
et ordo in cognitione dei ut connotati sicut in dilectione. Ad id quod obicitur quod de
perfectione et nobilitate dilectionis est magnitudo sive intensitas sicut de
perfectione cognitionis est ipsius limpitas dicendum quod verum est quantum est ex parte ipsius actus
diligendi. Unde unumquemque diligit deus dilectione permaxima non magis
delectatur deus in dilectione unius quam in dilectione alterius. Deus enim diligendo seipsum
et seipso fruendo diligit cetera ita quod omnia diligendo seipso fruitur et summe

in se ipso delectatur. Hac tamen dilectione maxima et summa quaedam quietat magis
bona quaedam innovat. Unde sicut dilectio dei in se est fruitio secundum tamen relata
ad creaturam potest dici usus vel conatus. Et quamvis in se sit summa, vel tamen
effectus conatus quantum dici ad plus ad minus ab ipso diligi.

Quinto quaeritur utrum deus magis diligat hominem quam angelum an econverso.
Et quod magis angelum videtur quia quanto aliquis est a deo amabilior tanto est
ipsi similior. Sed natura angelica est deo similior quam humana, videtur quod ab eo
sit magis dilecta. Item maior dilectio et minor attenditur secundum maiorem et
minorem communicationem divinae libertatis. Sed deus pro uno solo motu angelum glorificat
quod non facit hominibus, ergo exhibuit eis libertatem maiorem quam nobis, ergo magis diligit
genus angelicum quam humanum. Item angeli magis diligunt deum quam nos
pro eo quod nulla habent retardationes quae impediant ne totaliter possint
tendere in deum. Ergo si deus magis diligit magis se diligentes videtur quod magis
diligat angelos quam homines. Item angeli sunt mediatores inter nos et deum
secundum quod multi auctores [illegible] de eis dicunt. Sed medius magis unitur extremo et ei est fa-
miliaris quam unum extremum vel alterius ergo videtur quod deus magis diligit angelos
quam homines. Sed contra: hoc quod nusquam angelos apprehendit sed semen Abrahae.
Sed hoc fuit potius signum dilectionis et familiaritatis divinae quod assumeret naturam
creatam in unitatem personae suae, ergo videtur quod magis dilexit humanam naturam quam angelicam.
Item Ioh. xv: maiorem nemo habet ut animam etc. Sed deus posuit animam suam
pro hominibus, non posuit eam pro angelis ergo magis homines quam angelos dilexit.
Item illam naturam deus magis diligit quam in altiori gradu honoris constituit. Sed
deus humanam naturam in utroque sexu angelicis spiritibus praeposuit, videlicet Christum et
nobis matrem, ergo videtur quod humanam naturam magis diligat et magis dilexit.
Item magis diligit quis aliquem cum diligit eum in statu amicitiae et
inimicitiae quam solum cum diligit in statu amicitiae. Sed deus humanum genus
diligit in statu inimicitiae et in statu amicitiae quia cum essemus peccatores et inimici
dei dilexit nos, angelos vero malos non dilexit nec diligit ergo videtur quod
prae angelis genus humanum dilexit. Responsio dicendum quod cum deus dicatur diligere creaturas
effectu sed quod duplex est effectus principalis dei respectu creaturae rationalis secundum quod dilectio dei
maior et minor dupliciter considerari. Est enim effectus conditionis et effectus
reparationis et in effectu conditionis proprie manifestatur dei potentia, in effectu
reparationis proprie manifestatur dei misericordia et in utroque autem manifestatur dei sapientia.
Si ergo loquimur de dilectione dei quantum ad effectum conditionis sic magis di-
lexit angelos quia meliora contulit eis naturalia et magis potentes
eos fecit et in eis magis manifestatur divina potentia. Si autem loquimur quantum ad
effectum reparationis sic magis dilexit homines quam angelos quia angelos
deseruit sed homines redemit. Et patet quod secundum diversos effectus homo et
angelus mutuo se excedunt. Si autem quaeras quae istarum dilectionum magis
excedat aliam, tunc videndum est quod est loqui de excessu dilectionis vel ut nunc
vel simpliciter sive secundum statum praesentem vel secundum statum finalem. Si loquamur de
excessu dilectionis secundum statum praesentem sic concedendum est quod magis diligit angelos
quam homines. Si vero loquimur secundum statum finalem [illegible] in quo erit reparatio con-
summata sic videtur satis rationabiliter posse dici quod magis diligat homines.
De pluribus enim habent homines in paradiso virginitatis et devotionis existat de quo agemus

Re.

Conditionis

Reparationis

tu pp beneficiu incarnacionis tu pp beneficiu redempcionis tu pp beneficium
eminentis glorificacionis que non tantum manifestat erga nos divine caritatis
magnitudinem sed eciam immensitatem secundum quod dicit apostolus ephesios ii Deus qui dives est
in misericordia propter nimiam caritatem qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis convi-
vificavit nos Christo. Et patet videlicet ad questionem proposita patet et videlicet ad obiecta
quia utraque racio veritatem concludit sed diversas materias. Ille enim racio que probat
quod magis diligat genus humanum procedit secundum effectum respectu habito respectu
ad finalem statum et ideo veritatem concludit et concedenda est. Raciones vero que in
oppositum adducuntur aliam materiam procedunt sicut patet aspicienti. Nam quod primo obicitur
quod angelus est deo similior hic veritatem est quantum ad ea que sunt nature sed non quantum ad
dona gracie. Dileccio autem divina magis pensat dona nature superaddita quam ea
que sunt naturaliter insita. Et si tu obicias quod gracia correspondeat nature ad
hoc satis in secundo libro sentenciarum. Ad secundum dicendum quod obicitur quod deus liberavit eciam angelos qui primo
motu eos beatificavit. Dicendum quod istud non excludit de dileccione simpliciter sed de
dileccione ut nunc quantum ad statum presentem respicit. Et magis fuit unigenitum suum
pro impiis dare quam angelis merentibus eterna mercede retribuere. Hic
enim fuit iusticie dileccionis miserecordie et pietatis humanitatis. Ad tercium quod obicitur quod angeli
magis diligunt quia non habent retardatum. Dicendum quod istud racio non concludit
solum secundum statum presentem in quo corpus cum corruptibile aggravat spiritum sed statum non
futurum cum corpus erit spirituale effectum homo non habebit aliquod impedimentum
et habebit proprium gracie adiutorium. Ad quartum dicendum quod obicitur quod sunt mediatores sicut patet
vicio mediatores enim non sunt secundum statum presentem miserie in quo propter multi-
plicem defectum necessarium est nobis multiplex adiutorium et propter magna elo-
gaciorem nostra a deo indigemus mediatorum auxilio.

Quinto queritur utrum deus magis dilexit genus humanum quam Christum et quod videtur
Iohannis iii. Sic deus dilexit mundum ut filium suum daret. Set quicumque dat
aliquid pro amico magis diligit eum pro quo dat quam eum quod commutat. Si ergo deus
filium suum dedit pro salute generis humani videtur quod magis genus humanum quam Christum
dilexit. Item Christus homo est bonum finitum genus humanum cum sit multiplex de
se in personis innumerabilibus habet quoddam bonum infinitum sed quod plus habet de racione
boni plus habet a deo diligi ergo videtur quod deus magis diligat totum humanum
genus quam unum hominem solum. Item propter quod unumquodque tale et illud magis sed filius dei
incarnatus fuit propter genus humanum salvandum et humana natura fuit assumpta
pro redimenda tota natura humana ergo magis diligebat deus ipsum unum
propter quam carnem assumpsit quam illam quam assumpsit. Ergo contra quod publice
stultus est qui commutat rem maioris valoris pro re minoris va-
loris. Si igitur deus in redimendo genus humanum non usus est stulticia
unde nemo potest sapiencia non perdit sed lucratus est ergo magis bonum fuit quod quod re-
demit quam quod pro quo redemit. Et quod magis est bonum magis diligit
si ergo deus humanum genus pro Christo redemit videtur quod magis ipsum genus totum
quam Christum dilexit. Et quod philippenses ii dabit illi nomen quod est super omne nomen
et sic dignitatem conventi nominis attendit progacia amoris ergo si Christo
et sic humanitati nomen super omne nomen contavit videtur quod ipsum super omnia
dilexit. Item Iohannis iii datus est ei spiritus non ad mensuram. Si ergo aliis omnibus

datur spiritus ad mensuram et secundum quod deus excellentius spiritum tribuit secundum hoc eminentius
diligit. Videtur ergo quod magis dilexit Christum quam totum genus humanum. Item Anselmus dicit quod deus
appreciabatur illum hominem tantum quantum genus humanum totum. Item aliud non sic. Hec
sponsorum si non ergo non reputarent sufficiens precium ergo per mortem Christi non fuit ei satis-
factum quod si hoc est manifeste falsum quia habundantissime satisfactum fuit deo per mortem
filii sui. Videtur quod maioris precii fuit Christus quam totum genus humanum. Item in
infinitum maius est esse deum quam hominem deum. Sed deus sic dilexit Christum quod
fecit ipsum esse deum, alios non diligit quod faciat eos sui similitudinem.
ergo in infinitum plus dilexit Christum quam totum genus humanum. Ad hoc dicendum quod Christus
nominat personam in duabus naturis quarum una est nobilis et dignitatis infinite
et ipsa persona in se est natura increata. Unde persona habet quandam nobilitatem et dignitatem fere
inestimabilem. Alias secundum omnem rationem potest concedi et dicendum quod deus magis di-
lexit et diligit Christum quam totum genus humanum. Et hoc satis expresse colligitur
ex verbis Augustini ubi ostenditur quod vita illius hominis preponderabat toti mundo
uni et mille mundis. Propter verbis que ad hanc partem adducuntur concedendum est.
Ad id quod obicitur quod carius habetur quod emitur quam precium quo emitur. Dicendum quod in-
verum est quando precium ab emente omnino alienatur et transfertur in dominium alterius.
Sic autem non in proposito, quia pater non tradebat Christum sine spe rehabendi
ipsum; immo sic tradidit eum ad mortem temporalem ut sine mora dispendio
suscitaret eum ad vitam immortalem. Unde quamvis Christus pro nobis vitam suam
posuit non tamen illam amisit, quia eadem virtute per quam animam posuit
volendo pati ipsam resumpsit volendo resurgere. Et ad id quod obicitur
quod genus humanum est bonum infinite cum sit in infinitum multiplicabile. Verum
est per naturam compositionem utriusque; quamvis enim genus humanum sit in infinitum multiplicabile
quantum est de se per generationes successivas si tempus et motus in infinitum duraret,
tamen quantitative multiplicatum semper est actu finitum et bonum finitum. Humana vero
natura in Christo recepit gratiam unionis per quam datur spiritus non ad mensuram quandam habet
inestimabilis dignitatem ob quam totum genus humanum excedit. Quod in proportio-
tio ad illam rerum verum est per redemptionem. Ad id quod obicitur primo quod propter quod unumquodque
et illud magis. Dicendum quod illud est verum secundum quod propter dicit habitudinem cause finalis. Propter
autem dicit habitudinem rationis inducentis. Humanum non genus erat inductivum
et nativum. Christus non fuit vero finaliter movens sed quodam modo inducens. Non
enim Christus ad nos finaliter ordinatur, sed nos finaliter ordinamur ad ipsum
quia non caput propter membra sed membra propter caput; vero tamen inducens ad
tantum bonum fuit nostre reparationis in remedium sicut in primo huius tertii libri fuit
ostensum. Sed ex hoc non sequitur quod genus humanum sit melius quam minus bonum potest inducere
ad faciendum maius bonum. Ad id quod obicitur ultimo quod stultus est mercator qui
emit rem cariorem quam valeat. Dicendum quod id non habet veritatem nisi in eo mercatore qui
habet indigentiam precii et per eius intendit in mercando se ipsum ditare quam
alienam inopiam relevare. Non sic autem est in deo qui divitiis est immensus et
bonorum nostrorum non indiget qui non mercatur propter suam utilitatem agendam
sed propter nostram inopiam relevandam, qui etiam non mercatur ad sue utilitatis pro-
motionem sed potius ad liberationis omnium. Et propter maiori precio voluit nos re-
dimere quam nos valeamus ut eius liberalitatem nobis cognosceremus, ex toto

precordijs eius adherentes ut eum diligeremus, et prosperitate et uitam ex tanti
precij necessitate melius cognosceremus. Sed deus non redimebat eos ab alio
sed a seipso, manus enim redimebat a manu iusticie in qua redemptione
non tantum considerabatur prosperitas uel emptoris sed et dignitas ipsius iusticie cui
collatum fuerat dampnum et offensa, et quia offensio diuine iusticie inesse
quandam habebat immensitatem, ideo quamuis homo redemptus non esset ualoris infiniti
Nichilominus tamen fuit ipsum redimi precio multo et immensionis ualoris quamuis
sit ualor quibus habuerant // Utrum magis dilexit iohannem an petrum

Sexto et ultimo queritur. Et quod uidetur primo per textum euangelij Jo. xix°
Hic est discipulus ille quem diligebat Ihesus, Sed hic non dicitur per distinctionem
quia alios non diligeret ergo dicitur per excellentiam quia ipsum preceteris diligebat
Item hoc uidetur per uerbum ecclesie quod trahitur de uerbis bede. Cantat enim ecclesia. Hic est
iohannes qui priuilegio amoris precipui ceteris altius a domino meruit honorari
Item hoc ipsum per testimonium glose super Joh. ultimo ubi dicit glosa augustini quod petrus
magis amabat sed iohannes magis amabatur. Item hoc uidetur per signum familiaritatis
diuine. Si enim christus se iohanni familiariorem exhibebat et maiora signa dilectionis
ostendebat, tunc uel per fictionem faceret uel quod ipsum iohannem non solum magis quam
petrum sed et preceteris diligebat. Sed contra Joh. ultimo dixit dominus petro Symon
iohannis diligis me plus hiis. Sed constat quod non sit quod diceret dominus nisi sciret
quod eum petrus plus amaret. Vnde et glosa dicit quod tacite hic innuit Ihesus dum
interrogabat de amore dicit hic non alibi sed deus magis diligit eos
qui magis se diligunt ergo etc. Item deus dicitur diligere quantum ad effectum
et magis diligere quantum ad excellentiorem effectum. Ergo caritas est excellentissimus
effectus diuine bonitatis ergo maiorem caritatem dedit petro quia petrus ipsum magis
amabat, sic apte innuit glosa, ergo uidetur quod magis dilexit petrum quam iohannem
Item christus specialiter dilexit ecclesiam et eam commisit petro gubernandam, ergo
uidetur quod non solum quantum ad effectum sed et quantum ad signum magis dilexit petrum

Septimo hic queritur quis erat melior petrus an iohannes. Si enim petrus magis
diligebat, et qui magis diligit melior est, ergo melior erat petrus quam
iohannes. Rursus si christus magis diligebat iohannem quam petrum, et qui magis
diligitur ille est melior, ergo melior erat iohannes quam petrus que duo stare
simul non possunt. Dicendum ad huius intelligentiam est notandum quod hic est textus mo-
uendi. Quorum unus satis ad explicationem altius ponitur est sed augustinus. Aliter si
bene et 3us sed quendam modum dicendi. Augustinus enim ad istam questionem super iohannem dicit
uidetur quod est dilectio in signo exteriori et dilectio in effectu interiori. Si loquimur
de dilectione in signo exteriori magis diligebat christus iohannem quia maiorem
familiaritatem ei exhibebat sic patet quia super pectus eius recubuit in cena.
Si non loquimur de dilectione quantum ad effectum interiorem que est effectus gratie
sic magis diligebat petrum quia maius munus gratie ei dedit. Et si tu
obicias quod deus illi debebat maiora signa dilectionis ostendere quem magis
diligebat sed minus. Dicendum augustinus quod per iohannem et petrum sunt due uite
per petrum actiua que transit per iohannem contemplatiua que manet. Vnde petro
dictum est sequere me, de iohanne non. Sic eum uolo manere. Et quamuis actiua
laboriosior est et fructuosior, contemplatiua non purior et iocundior. Et ad signandum
dicitur huius duplicis uite familiaritatis se exhibebat deus iohanni quam petro/

Sol.
.i. Aug.
In fine
Extis

In cuius signum commisit dominus Iohanni matrem custodiendam, Petro vero pastoralem
curam. Et ex hoc dicit Augustinus quod Petrus erat melior, sed Iohannes felicior. Et secundum istum modum
dicendi satis patet veritas ad obiecta, quia procedunt secundum diversas vias. Aliqui modo videntur
sentire bene, scilicet quod Petrus dilexit ferventius et diligebatur fortius, Iohannes vero dilexit
dulcius et diligebatur familiarius, et cetera secundum diversas vias de utroque potest concedi
quod magis diligebat et etiam quod magis diligebatur. Sed quod rationes ad utramque partem
inductae concludunt. Tertius modus est dicendi quod Petrus magis dilexit Deum in
proximo, Iohannes magis dilexit Deum in se. Unde Petrus accepit curam regiminis,
sed Iohannes gratiam contemplationis. Unde Petrus efficaciorem habuit gratiam ad la-
borem actionis, Iohannes vero efficaciorem ad quietem contemplationis. Omnes autem hii
modi dicendi satis congruunt et unus magis explicat alterum. Ideo enim Iohannes
dilexit dulcius et Petrus ferventius quia Iohannes accepit specialiter gratiam ad amandum
Deum in se per contemplationis saporem, Petrus vero principaliter ad diligendum Deum in
proximo per affectionis laborem. Et hinc est quod Petrus diligebatur a Christo fortius,
Iohannes vero familiarius quantum ad signa exterioris conversationis. Hec autem signa
familiaritatis dominus exhibebat Iohanni non solum propter [illegible] sed etiam propter [illegible].
Diligebat enim dominus Iohannem, sicut dicit Crisostomus, magis familiariter propter ingenitam
mansuetudinem et propter virginalem puritatem et propter iuventutem, que etiam [illegible] pluribus
facit hominem diligi magis tenere. His visis patet veritas ad quaestionem et ad obiecta,
quoniam isti duo in dilectione Dei secundum diversas conditiones se mutuo excedebant.
Hinc est quod secundum quod aliqui diversimode afficiuntur, preponunt Iohannem Petro, quidam vero
sentiunt e converso. Sed quis eorum apud Deum finaliter fuerit carior, et hoc melius
sciemus in gloria, et melius est expectare quam hic temere diffinire. Sed tamen dixisse
sufficiat quod ille altior est in celo qui finaliter maiorem caritatem habuit in
terris. Et hoc dico quantum ad magnitudinem premii substantialis. Nam quantum ad
decorem aureole que videtur concomitari virginali, non est ambiguum Iohannem Petro
preesse, ista secundum communes [illegible]. Et primo dubitatur de situ huius
partis. Cum enim agatur de dilectione Dei, spectat ad primum librum. Videtur quod [illegible] proponi-
naliter in hoc tertio situetur. Et si tu dicas quod magis hic fit quia caritas est dilectio
qua nos diligimus Deum et qua Deus diligit nos, tunc obicitur quod tota ista pars
que est de caritate male hic situetur. Sed cum caritas non est habitus virtutis sed potius
donum creatum quod est spiritus sanctus, videtur quod de ipsa non debeat determinari inter alias
virtutes. Respondeo dicendum quod ordo situationis istius caritatis attenditur secundum opinionem magistri,
qua posuit, sicut tangit in littera, quod caritas est dilectio qua Deus diligit nos et
qua nos diligimus Deum. Et si tu obicias quod tunc non debuit determinare
de caritate inter alias virtutes, respondendum proposito quod hoc non fecit quia caritas sit species
virtutis sed quia caritas est radix virtutum. In dono enim amoris qui est spiritus sanctus cetera
virtutum habitus donantur, ut patet [illegible]. Aliter dicitur quod hic per actionis introducitur de
caritate, quia cum dilectio Dei est exemplar nostre dilectionis, ideo ad maiorem evidentiam
introducitur hic tertius de ipsa, vel etiam assignaretur hic ordo dilectionis Dei
ad dilectionem nostram sine [illegible], quia cum dilectio nostra sit affectio ordinata,
dilectio Dei non est nisi divina substantia vel usia. Secundo queritur de hoc quod dicit quod dilectio Dei est
divina usia. Si ergo dilectio Dei est substantia et convertitur, quod Deum diligere est Deum esse. Cuius

2. dubium fuerunt dilecti
3. quintum
In x[...]
In se

deus non sit ad a se imm quin ad a se diligat. Item deus incipit aliquem diligere
ergo si dilectio eius est eius esse, sequitur quod deus incipiat esse. Item eternum et temporale
et non temporale eternum, sed dilectio dei qua diligit nunc nos iustos est
temporalis, dei dilectio est eterna, ergo dei dilectio non est divina substantia. Responsio
ad hec et consimilia breviter est dicendum quod dupliciter est loqui de dilectione dei, aut
a parte principali significati aut a parte connotati. Si loquimur de ipsa quantum ad principale
signatum sic est divina essentia et est quid eternum et est id quod est deus. Si vero loquamur
quantum ad connotatum sic connotat quid temporale, et habet respectum ad effectum qui est a
deo diversus et quod non est divina substantia, sed ens diversum, et quantum ad hoc currunt
rationes contrarie obiecte, et patet responsio ad obiecta. Item queritur de hoc quod dicit absit ut deus aliquem
temporaliter diligat, videtur enim falsum, quia cum quis modo est malus incipit esse
bonus, sed deus malos odit et bonos diligit, ergo cum iste desinat esse malus
in tempore et incipiat esse bonus, sequitur quod deus istum temporaliter desinat odire et
incipiat ipsum diligere. Item in deo idem est velle quod facere sicut dicit Augustinus
et illud fuit habitum, ergo idem est velle alicui bonum et facere ei bonum, sed deus
temporaliter alicui bonum facit, ergo sequitur quod temporaliter ei bonum velit, ergo temporaliter diligit.
Responsio dicendum quod est dilectio electionis et dilectio approbationis, prima est eterna sicut
et nos dei, secunda non vero connotat principaliter esse ex tempore, et de prima intendit Augustinus. Specialiter
autem opponit de secunda, vel aliter hoc quod est temporaliter potest referri ad verbum diligendi vel
actus principalis ut vero connotati. Si vero actus principalis sic est falsum, hic enim actus
divinus vocatur qui est eternus, et hoc modo intendit Augustinus sicut patet per litteram sequentem,
ait enim sic. Absit ut deus aliquem temporaliter diligat quasi nova dilectione
que in ipso ante non erat. Si autem intelligatur quantum ad connotatum sic concedi
potest quod deus temporaliter aliquem diligit, et in hoc procedunt opponentes. Item queritur de hoc
quod dicit quod de non electis non est semper eorum quod eos dilexit, quia omnem
hominem quem deus diligit in tempore dilexit ab eterno, cum dilectio dei sit
cum omnibus bonis, sed multi presciti sunt qui habent per tempus iusticiam et gratiam
quam eis deus ab eterno preparavit et dare disposuit, ergo sequitur quod ab eterno
eos dilexit. Iuxta hoc queritur utrum deus magis diligat peccatorem predestinatum
quam iustum prescitum. Et quod magis peccatorem predestinatum videtur quia sapientis
est considerare finem et exitum vel quam initium quod et progressum, sed deus iste
peccatorem qui tamen est predestinatus scit ipsum futurum amicum suum finaliter,
alium vero minime, ergo magis diligit eum. Preterea vult dare eterna bona
et proponit que sunt summa bona, alii vero non, ergo magis diligit peccatorem predestinatum
quam iustum prescitum. Sed contra hoc est quia iste peccator magis est deo dissimilis
quam iustus, ergo minus est amabilis. Item iste magis diligit deum, ergo magis a
deo diligitur, cum deus magis diligat diligentes se. Responsio dicendum quod sicut
tactum est prius est dilectio approbationis et est dilectio electionis. Dilectio approbationis
cum sit temporalis respicit statum presentem. Dilectio vero electionis cum sit
eterna respicit in statum ergo bonorum eternaliter permanentium, et quam reprobi
et si boni sunt non tamen finaliter permanent in bono, dicendum ideo non vult nisi quod
a deo eternaliter diligantur non tamen verum diligendi a vero propria distrahatur. Verumtamen
verbum concedit cum determinatione. Sine vero determinatione dicendum est non esse concedendum
quare eius intentionis falsitati appropinquat. Et per hoc patet responsio ad obiecta quod quibusdam quantum quod
quantum ad dilectionem temporalem que respicit statum presentem iustus magis diligitur deus

in istu p[ro]s[e]c[u]tiu[m] q[ua]ntu[m] uo ad aliu[m] mo[dum] dil[ectionis] magis diligit peccatore p[re]
destinatu[m] si tu[n]c e[st] d[e]o e[st] magis q[uam] si q[ui]b[us] simp[licite]r loq[ue]ndo que[m] magis
diligit utru[m] e[st] q[ui]s simp[licite]r magis diligit eu[m] que[m] p[re]destinat q[ua]m eu[m] que[m]
app[ro]bat q[uo]d no[n] e[st] q[uo]d de homi[n]e q[ua]ntu[m] ad qualit[a]te[m] respe[ctus] s[ed] q[ua]m ad or-
dinem ne[c] resp[ondet] gr[ati]e et glorie. Pars xxxiii

P[ost]q[ua]m p[re]d[i]c[t]a de m[aio]r[ib]us u[ir]tutib[us] &c. p[ar]s ista i[n] qua mag[ister] determinat
de h[ab]itib[us] g[ra]tuitis put ad inuice[m] distinguu[n]tur diuisa fuit i[n] p[ar]s
tres s[cilicet] q[uod] p[rim]o determinat de h[ab]itib[us] u[ir]tutu[m] theo[logica]l[ium] s[e]c[un]da de h[ab]itib[us]
u[ir]tutu[m] cardinaliu[m] t[er]cia de h[ab]itib[us] donor[um] p[ri]ma p[ar]te t[er]minata hec
incip[it] p[ar]s 2a q[ue] co[n]tinet d[ist]i[nctionem] p[rese]nte[m] diuid[itur] at p[ar]s ista i[n] p[ar]tes m[aio]r[es] que
determinat de ip[s]is u[ir]tutib[us] cardina[libus] s[cilicet] q[uod] p[rim]o determinat de ip[s]is q[ua]ntu[m]
ad n[omen] et distinc[ti]o[n]e[m] s[e]c[un]do uo q[uantu]m ad nomi[n]a eor[um] i[bi] hee u[ir]tutes cardinales
du[n]t &c. t[er]cio uo m[od]o[rum] eor[um] de ip[s]ar[um] inuentio[n]e i[bi] Virtutu[m] an
hee u[ir]tutes &c. q[ua]rto uo subiu[n]g[it] q[uo]ru[n]dam determinac[i]o[nem] i[bi] quidam n[on] su[n]t e[st]
&c. et ultima p[ar]s subdidi possu[n]t i[n] p[ar]tes s[cilicet] q[uod] p[rim]o ui[de]t ad eor[um] p[ro]posita q[ua]m
ad istu[m] h[ab]itu[m] s[e]c[un]do uo q[ua]m ad h[ab]itu[m] alior[um] t[em]p[or]u[m] ou[n]deus s[ed] quos
act[us] i[n] p[at]ria remanebu[n]t i[bi] fortasse et alie u[ir]tutes t[er]cia uo p[re]de-
minata epylogat i[bi] ecce apte aug[ustinus] q[ua]rto uo aucte co[n]firmat i[bi]
Beda consentit sup[er] exo[dum] &c. et d[ist]i[nctio] huius incid[itur] h[ic] q[uo]d de

Ad intelligenda[m] at h[uius] p[ar]tis totali[ter] u[ir]tut[i]b[us] cardina[libus] i[n] g[e]n[er]ali &c.
et h[ec] breuit[er] p[rese]nt[er] q[ue]ri[tur] p[rim]o que[m] de ip[s]is u[ir]tutib[us] cardinalib[us] q[uantu]m
ad ear[um] n[ecessi]t[a]te[m] et utilit[a]te[m] s[e]c[un]do q[ua]m ad diu[er]sit[a]te[m] 3o q[ua]m ad subie[ctum] 4o q[ua]m ad
nu[merum] 5o que de ip[s]is q[ua]m ad aug[mentu]m 6o et ultimo q[ua]m ad distinc[tione]m

Circa p[rim]u[m] sic p[ro]c[editu]r et q[uer]it[u]r v[tru]m ap[er]tu[m] sit p[e]r u[ir]tutes finale[m]
theolog[ica]les cardinales po[n]e[re] &c. q[uo]d n[on] sap[ientie] viii d[icitu]r i[n] co[m]mendac[ione]
sapie[n]c[ie] q[uod] sobrietate[m] et prudencia[m] et iusticia[m] docet q[ui]b[us] utilius i[n] uita
nich[il] e[st] hominib[us] s[ed] p[ropter] t[a]l[e]m m[aio]r[em] ne[c]ess[ari]u[m] m[aio]r[es] u[ir]tutes cardinales ergo s[un]t nob[is]
max[im]e utiles et optime &c. p[re]t[er]ea p[ro]uo[ca]nes h[ic] ear[um] u[ir]tutu[m] su[n]t uicia ei[s] oppo[sita]
p[ro]ducu[n]t ad morte[m] sicut gula luxuria et aua[ritia] s[ed] sic p[ro]uo[ca]nes s[un]t
p[er]niciose sic po[n]e[n]t[e]s s[un]t utiles et optime ergo et[iam] q[uod] mag[is] sit ne[c]c[ess]itas
h[ab]endi u[ir]tutes cardinales it[em] n[ull]us p[ote]st p[er]tingere ad regnu[m] celor[um] n[isi] p[er]
impletor[em] ma[n]datorum dei s[ed] q[ui]da[m] s[un]t ma[n]data ad quor[um] impletore[m]
u[ir]tutes cardinales h[ab]ilitat ut p[re]cepta s[un]t ma[n]data 2e table ergo et[iam] q[uod]
ad obtine[n]da[m] salute[m] ualde s[un]t nob[is] ne[c]c[essa]rie &c. sicut p[re]d[ic]t[um] q[ui]bus uita
p[er] p[re]ceptu[m] i[n] deu[m] ita et p[ote]st p[re]d[ic]t[um] p[er] p[re]ceptu[m] i[n] p[ro]x[imu]m ergo sicut ne[c]c[essa]riu[m] e[st] h[ab]ere
u[ir]tutes ordinates ad deu[m] ita ne[c]c[essa]riu[m] e[st] h[ab]ere u[ir]tutes ordina[tas] ad p[ro]x[imu]m
et ad seip[su]m s[ed] u[ir]tutes ordinates ad deu[m] s[un]t theo[logica]les ordina[tas] ad se
et ad p[ro]x[imu]m s[un]t car[dina]les ergo et[iam] q[uod] u[ir]tutes car[dina]les s[un]t ne[c]c[essa]rie s[ed] q[uod] q[uo]d
q[uo]n[iam] dilig[it] p[ro]x[imu]m lege[m] implet s[ed] qui lege[m] implet h[abe]t om[n]e id
q[uod] e[st] ne[c]c[essa]riu[m] e[st] ad salute[m] ergo qui h[abe]t ca[ritate]m no[n] indiget alia u[ir]tute ad p[ro]x[imu]m
ordiate h[ab]itu[s] g[ra]t[ui]ti u[ir]tutib[us] theo[logicis] et[iam] q[uod] sup[er]fluat car[dina]les it[em] u[ir]tutes
s[un]t ne[c]c[essa]rie p[ro]p[ter] ad ordi[nand]u[m] a[n]i[m]e affect[us] s[ed] q[uod] d[icit] aug[ustinus] li[bro] de sp[irit]u et
a[n]i[m]a s[ed] o[mn]iu[m] affect[uu]m p[ri]mu[m] e[st] amor s[ed] q[uod] d[icitu]r i[n] p[ro]u[er]b[iis] de ci[uitate] d[ei] et aug[ustinus]
caritas suffi[cien]t[er] ordinet amore[m] et[iam] q[uod] qui h[abe]t u[er]a[m] ca[ritate]m no[n] indiget
u[ir]tute u[ir]tu[tib]us altius it[em] u[ir]tutes s[un]t ad refor[m]and[as] p[otenti]as a[n]i[m]e s[ed] p[otenti]e a[n]i[m]e

reformant per gratiam et tres virtutes theologicas in quibus attenditur reformatio per gratiam.
Ergo videtur quod illis habitis non sit necessitas vel utilitas cardinalium virtutum. Item virtutes sunt
ad dirigendum in actionibus et passionibus, sed per fidem sufficienter dirigitur intellectus et per
caritatem dirigitur affectus, ergo virtutibus theologicis habitis virtutes cardinales superfluunt.
Respondeo. Dicendum quod generalis necessitas virtutum est ad rectificandum potentias anime que obliquate
et ad vigorandum que difficultate. Virtus enim facit potentiam rectam et vigorosam
et quia gratia hominem ordinat ad deum, quantum vero hominem ordinat ad proximum
et seipsum et in hiis eius dicitur potest obliquari et impediri sive retardari. Hinc est
quod non solum indiget habitibus ipsum vigorantibus et rectificantibus prout dirigitur
in deum et huiusmodi sunt habitus virtutum theologicarum, sed et indiget habitibus ipsum regulantibus
et rectificantibus prout ordinatur ad seipsum et proximum et tales sunt habitus virtutum
cardinalium. Unde sicut praeter praecepta prime tabule que dirigunt ordinant in deum
oportuit fieri poni praecepta secunde tabule que ordinant ad proximum. Sic et in
habitibus est intelligendum. Et per hoc patet quod habitum virtutum theologicarum necessarium est ad salutem ponere
habitus virtutum cardinalium. Sic rationes ad primam partem inducte ostendunt quod concedendum
sed quin unum concludunt. Ad secundum dicendum quod primo obiicitur quod qui diligit proximum legem
implevit. Dicendum quod hoc non dicitur propter hoc quod implendo legem sit ipsius dilectionis tantum
vocem sui, sed hoc est quod habet alios habitus annexos qui ad ipsius dilectionis et
caritatis imperium quodammodo moti dirigunt et habilitant ad observanda opera
mandatorum sicut mandatum de non fornicando observat quis per castitatem
elicitive sed per caritatem imperative, hoc autem attribuit apostolus dilectioni caritatis quia
ipsa est virtutum forma et finis omnium virtutum sicut superius fuit tactum et in
sequentibus suo loco melius explanabitur. Ad tertium dicendum quod obiicitur quod omnis affectio
ortum habet ab amore. Dicendum quod et si omnis affectio ortum habeat ab amore et
tamen ex affectione pullulat ipsius anime, amor tamen non est tota causa aliarum affectionum
ideo non vela ipsius amoris esse ad rectificationem anime, non sunt virtutes circa
alios affectus regulantes et dirigentes et propterea non potest solum quod praeter
ab insufficientia. Ad quartum dicendum quod obiicitur quod virtutes sunt ad reformandum potentias. Dicendum quod hoc
verum est si facies potentiarum anime duplex est scilicet duplex comparatio et duplex eius
conversio, videlicet ad inferius et superius, ad bonum creatum et ad bonum increatum
et ad finem et ad id quod est ad finem. Ad quintum cum dicitur quod anima sufficienter formatur
et reformatur per virtutes theologicas. Dicendum quod verum est per comparationem ad superius, sed
ex hoc non sequitur quod cardinales virtutes superfluant ad ipsam animam informandum
et reformandum per comparationem ad creatum quod est ad finem ordinatum. Et si tu
obicias quod virtutes theologice non tantum in fine sed et in hiis que sunt ad finem
ordinant sicut patet in caritate. Dicendum quod hoc non est principaliter sed ex consequenti. Ad sextum quod
quod virtutes sunt ad distinguendum actus potentiarum. Dicendum quod virtutes autem quasdam
actus habent ordinatos ad vitam contemplativam quosdam ad vitam activam
et utrosque actus necessarium est ordinari quia ultimi magis invicem necessarium est ad
hoc quod possit quis beatitudinem pervenire. Cum ergo dicitur quod fides caritas
dirigunt ad actus potentiarum anime. Dicendum quod et si hoc possit concedi in actibus qui
spectant ad vitam contemplativam non tamen est verum in agendis sive in actibus
qui spectant ad vitam activam, et ideo non sequitur quod virtutes cardinales superfluant.
Secundo queritur de virtutibus cardinalibus comparatis ad invicem diversificentur. Et queritur utrum
omnes virtutes cardinales sint una aut an diverse. Et quod sint diverse ostenditur.

3º

Rectificatio &
Vigoratio

1

per potencias quas dirigunt quia prudencia dirigit racionalem temperancia concupiscibilem
fortitudo irascibilem. Cum ergo potencie sint propria subiecta habituum et propriis subiectis
diversificatis formaliter necesse est per eas habitus formaliter diversificari et per consequens
potencie anime sint diverse videtur quod necessarium sit cardinales virtutes esse distinctas
et essencialiter diversas. Item hoc ipsum videtur per actus quos eliciunt, cum alius est
actus ipsius prudencie formaliter loquendo, alius temperancie sicut patet. Cum
ergo habitus diversificentur per actus diversos fortitudinis et essencialiter videtur quod necessarium sit
habitus cardinalium virtutum cardinalium essencialiter distingui. Item hoc ipsum ostenditur per obiecta
quia temperancia est circa delectaciones et fortitudo circa passiones. Cum ergo prima dis-
tinccio habituum ortum habeat ab obiectis videtur ergo idem quod prius. Item hoc ipsum
quinto loco ostenditur per inicia que quesita sunt. Si enim inicia quibus apponuntur huiusmodi
virtutes simpliciter sint diversorum generum et proporciones distinguuntur et diversificantur
per ipsos habitus videtur ergo quod necessarium sit habitus virtutum cardinalium formaliter et
essencialiter ab invicem distingui. Item hoc ipsum ostenditur per medietates secundum quas habitus
virtutes attenduntur. Si enim hee virtutes cardinales habent medietates
formaliter diversas, cum medietates respiciant virtutes secundum racionem suam
formalem videtur ergo quod necesse sit ipsas virtutes cardinales essencialiter et
formaliter esse diversas. Sed contra Augustinus de moribus ecclesie dicit quod quadripartita
dicitur virtus ex ipsius amoris vario quodam affectu quantum in ergo dicit
hic diversitatem non secundum esse sed secundum racionem ergo videtur quod virtutes cardinales solum secundum
racionem habent distingui non secundum substanciam absolutam. Item Augustinus in libro de
quantitate anime virtus est equalitas vite undique racioni consenciens sed equ-
alitas vite undique non potest esse secundum unam potenciam sed secundum racionem ad omnem
actum et ad omne obiectum ergo sicut est diffinicio virtutis vite assignata videtur quod
quelibet virtus ad omnem actum et ad omne obiectum habeat aliquem ordinem
sed non esset hoc si virtutes distinguerentur penes actus et obiecta videtur quod virtutes
cardinales non habent aliquam essencialem differenciam. Item nulle forme ad invicem
disparate et diverse se separatas denominant, quamvis enim non dicatur quod musicus
sit albus, tamen non conceditur quod musica sit alba, sed virtutes cardinales
quam multum bene et Augustinus separatas denominant quia fortitudo est prudens et
prudencia fortis ergo videtur quod non habent essencialem differenciam. Item iusticia secundum quod est
virtus est virtus ... sed omnibus cardinalibus virtutibus ... sicut omnibus car-
dinalibus virtus est iusticia sicut iusticia nominat unam speciem virtutis videtur quod cardinales
virtutes non habent essencialem diversitatem sive formalem. Item cuilibet virtuti essenciale est
inspicere medium, cuilibet eciam essenciale est medium servare, cuilibet et essenciale est
aggredi difficile cuilibet et ordinare. Si ergo medium inspicere est ipsius
prudencie, medium servare temperancie, aggredi difficile fortitudinis, or-
dinare ipsius iusticie videtur quod quelibet istarum virtutum continet omnes alias non
ergo formaliter distinguuntur. Respondeo dicendum quod eloqui de virtutibus cardinalibus contingit
ad formam per quam sunt connexe et contingit ad formam per quam sunt intellectuales et
contingit ad formam per quam sunt ad speciales actus diversas ordinate. Si
loquimur de forma per quam sunt connexe sic primo ... distinguuntur
quia prima forma est qua connexe sunt ... ita tamen gratia ...
... sicut 12º libro dictum fuit ... xxxviii. Si loquimur

Rº.
connexe.

Incertitudine

de ipsis virtutibus caritatis quantum ad formam per quam sunt unitae et habent [illegible]
perfecte sic magis conveniunt et unitum quam distinguuntur. Quia prima forma est caritas
per quam virtutes ceterae quasi pondere unito ad unum finem ultimum inclinantur
quasi ad locum proprium, et hoc inferius melius ostendetur in tertio de connexione
virtutum. Si vero loquamur de ipsis virtutibus secundum formam per quam sunt ad speciales

Speciales actum diversas.

actum duas ordinatae, sic dico quod virtutes cardinales essentialiter et formaliter
distinguuntur et earum diversitas tollitur quemque componibus sic in obiecto
sunt ostensum, videlicet ex diversitate potentiarum quas informant et perficiunt, et ex diversitate
actuum quos eliciunt, et ex diversitate obiectorum ad quae ordinantur,
et ex diversitate medii et extremorum quas constituunt, et ex diversitate vitiorum oppositorum
quae excludunt. Et ideo rationes quae ad hanc partem adducuntur concedendae sunt quia
[illegible] concludunt. Ad dictum non quod primo obicitur in contrarium quod virtus non est aliquid nisi [illegible]
fectus amoris, dicendum quod Augustinus loquitur in libro de moribus caritatis secundum quod reduci habent ad
unam radicem caritatis per quam habent perfectam ordinationem ad ipsum deum ordine
et ex hoc sortiuntur quandam connexionem ad unitatem, et hoc ex hoc patet per [illegible]
et ex hoc sequitur quod diffinientes temperantiam et temperantiam dicat esse amorem
sequentem quod diffinientes temperantiam et incorruptum se servantem, fortitudinem amorem omnia
deo se esse integrum incorruptum se servantem, fortitudinem amorem omnia
propter deum facile perferentem etc. [illegible] at vero temperantiae et fortitudinis in diversis
propter deum facile perferentem [illegible] caritatem non [illegible] a caritate reguntur et informantur
per amorem non est mirum [illegible] unitatem vocem unius motoris, sed
et temperantiae et hoc non virtutem est quod habent quandam unitatem vocem unius motoris, sed
propter hoc non sequitur quod non diversificentur propriis formis. Ad dictum quod secundo quod virtus
est qualitas virtute undique sibi consentientes, dicendum quod per hoc quod est undique
dupliciter potest intelligi quod fiat distributio [illegible] ita quod hoc quod est undique dupliciter potest
intelligi distribuatur pro duabus extremis consistentibus in medio et quod [illegible]
caritatis per se, quia nec declinat ad superfluum nec ad diminutum. Alio modo
undique potest distribui pro omnibus partibus [illegible] et tunc non competit
alicui virtuti caritatis absolute sed [illegible] habet connexionem cum alia, et ex
hoc non potest concludi quod omnes virtutes sint una essentialiter sed quod possunt dici una
per quandam connexionem et aggregationem sicut omnes potentiae animae quae unae sunt
diversae. Dat tamen ipsi animae unum integrum posse ita quod una sine alia
non possit actum facere perfecte. Sic intelligendum est de equalitate virtutis quod
consistit penes unam [illegible] proportionalem, ponens [illegible] omnes consistit integre et
perfecte. Ad dictum quod tertio quod una virtus denominat aliam, dicendum quod est pro [illegible]
videlicet per causam per essentiam et per concomitantiam. Et cum dicitur quod una virtus denominat
aliam, dicendum quod hoc non est propter essentialem convenientiam et hoc est propter hoc quod concomitantur se
et sunt unum animae subiectum et est potentia quae se mutuo communicant. Et si tu obi-
cis [illegible] quod non [illegible] quia non concedimus quod [illegible] alba, dicendum quod [illegible]
[illegible] sumpta sed [illegible] cum sumptae subiecto per quam subiectum potest reflectere se supra se
et super omne id quod est in se, sicut patet quia anima intellectiva semper potest se convertere
super se per actum intellectus et similiter per actum dilectionis, et hinc est quod virtutes in eius
potentiis existentes possunt se mutuo denominare, et ideo non est simile de omnibus
actibus et sic ut [illegible] subiectum habent consistere. Ad dictum quod quarto quod omnes cardinales virtutes sunt
quaedam [illegible] ita quod omnes cardinales virtutes sunt iustitia, dicendum quod iustitia dupliciter
[illegible] quia est iustitia generalis et est iustitia specialis. Et iustitia generalis complectitur omnes

virtutes

non sunt cardinales sed theologicae; iustitia non specialis non est simpliciter virtus secundo modo sed virtus
voluntatis ordinans ad alium, et hoc non competit cuilibet virtuti cardinali
et propter hoc non sequitur quod cardinales virtutes non habent ad invicem distingui. Ad 3m dicendum
quod 3o de illis iiii conditionibus quaestio in qualibet virtute inveniri potest quod
verum est sed tamen ex hoc non sequitur quod virtutes non sint distinctae quia quaelibet
istarum conditionum attribuatur alicui virtuti speciali. Hoc non est per proprietatem
sed magis per appropriationem, cuiuslibet enim virtutis est medium tenere sed hoc appropriatur
temperantiae quia maxime oportet esse in delectationibus medium custodire.
Sic de aliis conditionibus intelligendum est. Si tamen obiciatur quod inspicere medium
hoc est proprium ipsius prudentiae et ita videtur quod prudentia sit de esse aliarum
virtutum cardinalium. Dicendum quod inspicere medium est duobus modis. Vel per
modum considerationis directae, vel per modum inclinationis determinatae. Primo modo
medium inspicere est proprium ipsius prudentiae quae perficit potentiam rationalem cuius
est considerare et discernere, et hoc modo inspicere medium non convenit virtuti cardinali per
sui esse sed per concomitantiam directivam, verum sicut oculus videt sibi et aliis
membris quia habet prudentiam. Sic prudentia inspicit sibi et virtutibus aliis
Alio modo inspicere medium est per modum inclinationis determinatae et hoc non tamen
est prudentiae sed et aliarum virtutum quia quaedam virtus quodammodo potius vere
inclinans et movens ad medium et quod habet consistere. Verum sicut gravitas
lapidis vere dicitur inspicere locum deorsum sive medium mundi, sic quaelibet
virtus rationalis potest dici inspicere medium vere … Et ex hoc non potest
concludi quod prudentia ab aliis virtutibus non habeat diversificari.

Tertio quaeritur de virtutibus cardinalibus quantum ad subiectum et est quaestio utrum sint in
parte animae rationali an in ea parte quae solum obtemperat rationi. Et quod sit
in parte animae rationali videtur primo per auctoritatem Augustini in soliloquiis. Virtus est recta ratio
perducens in finem, sed constat quod hoc est proprium rationalis sive intellectualis; ergo videtur quod subiectum
virtutis sit ipsa ratio sive potentia rationalis. Item virtus est principium merendi et operibus
meritoriis et laudabilibus; ergo est in illa potentia quae habet esse cuius actui consistit
laus et meritum, sed talis est potentia rationalis secundum … ergo videtur idem quod prius.
Item eo subiecto est virtus in quo anima habet imaginem dei, cum virtutes
recte habent actum a gratia, qua anima est particeps. Probatio quod verum est … sed non est … nisi
per potentiam rationalem ergo etc. Item omnis virtus consistit esse in electione boni et
fuga mali. Sed huiusmodi electio est solius potentiae rationalis proprie dictae, ergo videtur
quod omnis virtus proprie sit in rationali parte ipsius animae. Item virtus est in genere
habitus sicut quod vult Tullius, sed bonum quod est habitum et cuius actus est … solius
rationalis virtutis quia potentiae sensitivae solummodo feruntur ad ea bona quae sunt de-
lectabilia commoda; ergo videtur quod virtus sit solum in parte animae rationali. Sed contra fortitudo
est in irascibili et temperantia in concupiscibili, sed quia istae non sunt rationales nisi quia ob-
temperantes rationi sicut quod dicitur primo Ethicorum in fine, nonae ethicae; ergo videtur quod cardinales
